


CATALOGUS
CODICUM MSS.
BIBLIOTHECÆ BERNENSIS.

ANNOTATIONIBUS CRITICIS

ILLUSTRATUS;

ADDITA SUNT

EXCERPTA QUAMPLURIMA,

ET

PRÆFATIO.

CURANTE

J. R. SINNER,

BIBLIOTHECARIO.

TOMUS III.

BERNÆ,

Ex Officina typogr. Brunneri & Halleri,
MDCCLXXII.



PRÆFATIO.

OPus duodecim abhinc annis inceptum hoc tertio atque ultimo Tomo abſolvitur. Exhibet duas, quae deſcribendae reſtabant, Claſſes, quarum prior Juriſprudentiam, Medicinam, Matheſin, variasque ſcientiarum & artium partes complectitur; altera, Litteraria nempe, Criticos, Epiſtolarum Scriptores, Lexica, Grammaticos, Rhetores & Poëtas medii & recentioris aevi continet. Acceſſit ultimo loco Supplementum ad duos priores Tomos, ubi varia, nondum deſcripta, repe-

riet lector. Coronidem operi imponit Index amplissimus in omnes Catalogi nostri Tomos, qui vices implebit operis integri, sistit enim nomina Autorum, titulos operum, aevum etiam singulorum Codicum, ut hujus Indicis ope, omnium Thesauri nostri Codicum conspectum habeant earum rerum studiosi.

Maximus sane est usus Indicum in omni scientiarum & librorum genere. Neque ultima laus est, ejusmodi laborem exantlasse. Juvant enim studiorum progressus, & temporis jacturâ haud exiguâ sublevant eruditos Indices recte instituti. Hic vero noster, dum ad singulas Catalogi paginas remittit, & operi prodest, & ipse Catalogi vice fungitur. Superare mihi videtur iste Tomus priores, tum rerum varietate, tum argumentorum vel gravitate vel delectu. Quid enim, verbi gratia, magis delectat eruditos, quam Epistolae a viris illustribus scriptae, illae praecipue, quae familiarium nomine veniunt, in quibus indolem, mores, ingenia hominum, remoto omni fuco, & quasi scissa nube, vel in aqua pellucidâ, aspicias?

Nihil ex antiquitatis reliquiis pretiosius habemus Epistolis Tullii, quae vitae morumque autoris, & amicorum exemplar, rerumque

rerumque maximi momenti caufas abditas, melius omnibus hiftoricis exponunt. Sic inveftigandis rebus geftis recentioris aevi, magnopere, ut omnes fanae mentis lectores fatentur, inferviunt Epiftolae virorum illuftrium, qui negotiis publicis interfuere. Hiftoriae autem litterariae haud minorem lucem affundunt, quae ab eruditis fcriptae funt. Nulla eft ars, nullum ftudiorum genus, quod non Epiftolarum ope auctum & illuftratum fuerit. Gratam itaque omnium ordinum lectoribus operam egiffe mihi videor, qui in hunc Tomum amplam congeffi Epiftolarum, quas noftra fcrinia fervant, meffem; neque titulos modo, fed aliquas etiam integras edidi. Epiftolae Comitis Mansfeldii & Ducis Bullonii, ad Bongarfium, Principis Condaei ad Colignaeum Admiralium, quae nobis autographae adfervantur, & aliae multae, quas fiftit Codex N°. 141. haud parvi funt momenti. Bullonii Epiftolam integram hîc reperiet lector, quae circa negotia Hugunotorum, inter quos ille primas partes tenuit, verfatur. Jacobi Bongarfii, viri omni laude majoris, de quo jam faepe nobis dictum eft, collectanea omnis generis hîc occurrunt. Neque enimvero nobis deeft copia fatis ampla, unde auctior & emendatior Epifto-

larum Bongarſii Editio adornari poſſet. Sed ejusmodi laborem aggredi vetat ſeculi nimium faſtidioſi indoles, cujus homines, ut verum fateamur, non eo favore proſequuntur ſtudia litteraria, quo olim ſolebant. Hinc factum, ut Typographi, ubi de libro edendo agitur, non id curent ut ſit quam optimus, vel doctrinâ praeſtet, ſed id potius, ut quamplurima vendantur exemplaria. Neque hoc aevum fert ejusmodi Typographos, quales olim fuere Aldi, Stephani, Oporini, qui iidem erant docti, & doctorum amici. Sic opera multa, quae rem publicam litterariam ditare poſſent, manent inedita. Debetur ſummi apud nos Magiſtratûs munificentiae, quod publici Juris factum ſit hoc noſtrum opus, nunquam alias lucem viſurum. Eruditis enim ſcriptum eſt, neque vulgari lectorum turbae ſeſe commendare poteſt.

Inter reliquias ſchedarum Bongarſii multa reperi, quae res in Europa, dum ille Regis chriſtianiſſimi auſpiciis Legati munere apud varios Germaniae Principes fungeretur, illuſtrant. Ea in hoc volumine recenſui, quaedam etiam integra edidi. Elucent ubique Bongarſii candor, doctrina, atque in rebus gerendis, & dijudicandis hominum ingeniis dexteritas. Epiſtolae ejus

jam

jam variis vicibus prodierunt. Neque dubitare licet, si legas praefationem Editioni Argentinensi, anni 1660. praemissam, quin ea ex nostris scriniis fuerit collata. Haud minus notatu dignae sunt Epistolae Harlaei Sancii, Regibus Henrico III. & Henrico IV. à Consiliis intimis, togâ belloque clari. Hic olim Regis sui negotia summâ dexteritate & in Germania & apud Helvetios egerat. Observatu dignum mihi esse videtur, quod frequens eo aevo fuerit, inter viros illustres, & nobili genere ortos, linguae latinae studium. Sancius, Fresnius Canayus, Bongarsius, coaevi, omnesque publicis negotiis adhibiti, latine scribebant.

Bongarsii nostri vita, quam primis tantum lineis attigerunt Biographi, & Historiae litterariae Autores, nondum ita, ut tali viro dignum foret, scripta habetur. Jam in Praefationibus nostris pauca nobis in hoc argumentum dicta sunt. Sed multa adhuc latent, observatu digna. Codex N°. 149. domestica quaedam Bongarsii exhibet, unde nobis id cognitum, fratrem & sororem ei fuisse.

Joh. Calvini Epistolae, quas ex Codicibus nostris primum edimus, eruditis gratae esse debent. Varias illustris Viri aeta-

tes exhibent, & variis casibus, quos ille tulit, lucem affundunt. Stili autem elegantiam, qua maxime claruit, ubique mirari licet. Neque vero negabit quisquam, aevum illud decimum sextum ampliorem tulisse doctorum hominum, quam aliud ullum, segetem. Quid enim commemorem magna nomina Erasmi, Hospitalii, Cujacii, Scaligeri, Mureti, & aliorum, quorum Epistolas aliquot servat nostra supellex? Sistit Codex N°. 141. Epistolas G. M. Lingelshemii, Consiliarii Palatini, ad Bongarsium, autographas, quae non exstant inter editas Lingelshemii, Argentinensi 1660. Bongarsianarum editioni adjunctas. Multa nostrae habent lectu digna, quae res in Europa passim gestas & Principum negotia illustrant.

Juvabunt, ni fallor, Historiae Ecclesiasticae studiosos, ea quae hactenus anecdota edimus de Valentino Gentili, qui infausto sidere natus, eo tempore vixit, quo nefas erat, circa dogmata, quae humani intellectûs vires superant, non aliter modo sentire, sed aliis verbis uti, quam iis, quae placerent arbitris & legislatoribus Scientiae divinae. De scriptis Valentini diu scrutatus sum, an aliqua serventur in Bibliothecis. Neque ulla ejusmodi vestigia in Cata-

logis

logis, quos perlustravi, occurrunt. Tandem certior factus sum exstare adhuc exemplar typis editum illius Confessionis vel libelli apologetici, de quo Aretius, Sandius, Baylius dixere, cujus apographum MS. servat Codex noster 122. Breitingerus enim, Vir multis in Rempublicam litterariam meritis clarus, Canonicus Tigurinus, exemplar hujus libelli, quod habebat, tradidisse dicitur Kornio, Vratislaviensi, a quo historiam Anabaptistarum exspectamus.

Non deerunt etiam, quibus Excerpta nostra ex Codice, qui Leges Anglorum, a Ranulpho de Glanvilla, Anglorum sub Henrico II. Justiciario, & alia Juris publici Angliae & Scotiae monumenta, Seculo XIII. condita, exhibet, grata & notatu digna videbuntur. Quae vero ex scriniis nostris edidi Specimina Poëseos gallicae Seculorum XII. XIII. XIV. multa sunt, seque commendabunt earum rerum Studiosis, praecipue Gallis, hoc praecipue aevo, quo Viri illustres eas litteras summo studio colunt. Norunt omnes, quanti ea faciant, & inter Bibliothecarum quas habent, amplissimas, cimelia annumerent, qui genere & dignitate haud minus quam bonarum litterarum amore excellunt, Dux Valierius & Marchio de Paulmy. Varia

interim nobis servantur Carmina gallica, quae frustra quaesivimus in illis immensis librorum Thesauris, etiam in Regia Bibliotheca. Praecipue memoria digni sunt Codices ex hoc genere N°. 113. qui varia Carmina exhibet Seculi XII. & XIII. Sub N°. 389. exstat amplissima Cantilenarum gallicarum supellex, a variis autoribus, inter quos eminent Richardus I. Anglorum Rex, Castellanus Cussiacensis, nomina illustria, & omnibus historicis nota. Codex 354. sistit fabulosas narrationes, Seculi XIII. ubi multa leguntur leporibus & sale condita; unde Bocatius, & recentiores fabularum & comoediarum Scriptores opera sua exornarunt. Codex iste, teste inscriptione, olim fuit Henrici Stephani, cujus ope instructum jocosas narrationes aliquas, quas libro suo, *Traité de la conformité des merveilles anciennes & modernes*, inseruit, compilasse verosimile est. Codex 323. sistit Carmen quoddam joco-serium, quod argumento historico se commendat. Fabula enim narratur de Roberto Artesiae Comite, qui ad Eduardum III. Anglorum Regem transiens, praecipuus ei autor fuit belli in Galliam inferendi. Ritus equestres illius aevi hoc Carmen illustrat, & Principes Proceresque Anglorum interlo-

cutores


autores habet. Nondum satis innotuit historia Poëseos gallicae medii aevi. Post collatos demum undique, quotquot sunt, diligenter Codices, aliquando prodituram speramus hoc opus. Eruendi sunt prius omnes Galliae & Italiae Librorum Thesauri, ut serie historicâ, cuncta, quae exstant, Poëseos gallicae monumenta sistantur.

Plura de hoc Catalogo monenda superessent, si cuncta vellem expendere. Neque me latet, negligentiâ me saepe peccasse, saepius vero laborasse inopiâ librorum. Quae omnia aequi bonique consulant Eruditi, qui norunt, quantae sit molis tale opus condere. Neque me fugit, menda typographica quamplurima hîc occurrere; quae labes esse videtur seculi & in omnia fere Europae praela irruisse. Codicum etiam titulos aliquando non suo, sed alieno loco, positos fuisse fateor. Sic Medicorum medii aevi scripta varia occurrunt Tomi tertii pag. a 73. ad 107; quae, ut ordo Catalogi constaret, sub singulis autorum titulis disponi debuissent, quod partim incuriâ factum, partim ideo, quia olim cogitabam sub *Medicorum* titulo generali eos Codices recensere. Neque minori negligentiâ Classis, quae quinta est, pag. 115. quarta nuncupatur. Index tamen alphabeticus omnia suo

ſuo loco reſtituet. Inter haec occurrunt verba Martialis Poëtae, quae ſane plerisque libris congruunt.

„Sunt bona, ſunt quaedam mediocria, ſunt
mala plura,
„Quae legis hîc, aliter non fit, Avite,
liber.





CLASSIS QUARTA.

Juridici, Philosophi, Medici, Mathematici.

Num. *A.* *Seculi*

37. fol. Codex membran. XIV.

Titulus operis sic habet:

„*Li livres du droit de la Cort lo Rois*
„*d'Alamangie.*

Versio est gallica perantiqua Juris Provincialis Alemannici, quod latine & germanice edidit Joh. Georg. Scherzius, Tomo 2do Antiquitatum Teutonicarum Schilteri.

Haec versio non aspernenda erit Juris Studiosis. Seculum XIV. scripturae ratio praefert. Duae sunt operis partes. Prior absolvitur lectionibus 213. quarum ultima respondet Capiti 213. editionis Scherzianae.

Adscriptum hic:

„Ci prent fin li livres dou droit pai-
„sain.

Ejusmodi distinctio operis non exstat in Editione laudata.

Secunda pars, ordine editi exemplaris incipit, cujus primus titulus, *de latitudine viae Regiae*, sic habet:

„Ci commancerons a dire combien
„de large doit avoir li chemins reaus;
„il doit avoir de large XVI. pies ce
„est por ce que dui char puissént pas-
„ser sans tochier li uns li autre. Li
„char voisis doit doner leus au char
„chargié, & li plus legiers au plus pe-
„sant.

De hujus operis argumento & utilitate, lege praefationem Scherzianam.

503. 4to. Codex chartac. *XV.*

Commentarius in opus Alberti magni quod vocatur Summa pauperum; vel *Isagoge in Aristotelis libros de coelo & mundo.*

483. 4to. Codex chartac. *XV.*

Opuscula varia argumenti astronomici, item *philosophica*, *quorum unum Alberti Magni* Ord. Praedicatorum Summam de creaturis esse comperimus. Est etiam Tractatus de Sphaera; & alia astronomica.

Num.	A.	Sæculi
525. 4to.	Codex membran.	XV.

Continet Opuſcula varia de virtutibus herbarum & animalium, quae nobis jam recenſita Tomo I. pag. 521. His vero praemittitur aliud Opus medicum, quod paginas 288 implet, hoc titulo:

Liber Fiduciae Algaſiki.

Agit autor de variis medicamentis ex tribus naturae Regnis. Citat frequenter Medicos Arabas, inter quos occurrunt nomina *Albazari*, & *Alferici*.

Quis fuerit hujus operis autor vel compilator, neſcimus.

58. fol.	Codex chartac. intermixtis paucis membranis.	XIV.

Continet varia Opera medica:

1. *Receptae Almanſoris ex libro IX. & X: & Receptae Magiſtri Petri de Tanſignano* ſuper *non. Almanſoris.*

Sub nomine *Almanſoris* hic intelligi debere *Raſis*, alias Albubecar Mahomed, Medici Arabis, libros ad Almanſorem Regem, de re medica, comperimus.

Prodiere Rhaſis libri Lugd. 1511.

Petrum de Tuſignano commemorat Fabritius Bibl. Graecae Vol. 13. ubi de Medicis veteribus.

 2. Con-

Num.	A.	Seculi

2. *Consilia medica variorum, Petri de Tusignano, Ugonis, & aliorum.*

3. *Marsilii de sancta Sophia Receptae, super prima seu quarti Avicennae.*

Hoc etiam Opus prodiit Lugduni 1517. 4to.

4. *Commentarius super librum nonum Almansoris.*

Itidem de Opere Rasis hic sermo est.

5. *Magistri Gentilis de Fulgineo Consilium in herniis.*

471. 4to Codex membran. XIV.

Anonymi Commentarius in quaedam Hippocratis Scripta.

594. 4to. Codex membran. XIII.

De virtutibus Roris marini libellus anonymi.

Argumentum est medico-physicum. Duobus foliis constat; sic incipit:

„Ros marinus habet vigintl quinque
„virtutes.

337. fol. Codex membranaceus. XI.

Fragmentum lexici medici, ubi graecae voces latinis vocibus appositis explicantur.

cantur. XIV. folia non amplius habet.

489. 4to. Codex chartaceus. XV.

Remedes contre diverſes maladies.

Deeſt titulus, & initium cum fine libelli. Tradit Medicamina varia; inter titulos hunc reperimus:

„Pour la maladie que on apelle, *noli* „*me tangere.*

„Ce eſt loignement Meſſire Jehan de „Chalon.

Et alibi haec leguntur:

„Les choſes qui ſont ou dit livre ſont „bien faites, car elles ſont bien ap- „prouvées par le diſt *Conte de Valois* „& par pluſieurs maſtres de Cirurgie „des meillors qui furent en leur tems.

372. 4to. Codex membranaceus. XIII.

Remedia ad curationem variorum morborum.

Deeſt autoris nomen, cum titulo, & fine operis. 88 folia reſtant.

Specimina ſequentia hic exhibemus.

fol. 49. *ad Podagram.*

„Ad podagram calidam, si ex coleribus generatur, recipe croci uncias v, „ovorum vitellæ v, Camomili unc. II, „& semissem fabę, farinę unciam semissem, fac sic; farinam cum vitellis „ovorum diu in mortario misce, & „fac ceram cum oleo solutam; adde „& diutissime commisce donec unum „corpus fiat, & repone & utere frequenter mutando. Ad idem psyllii „semen in aqua infusum & cum farina „ordei tritum & impositum & oleo „roseo & succo strigni temperatum „mirabiliter dolores mitigat.

Multa addit contra dolores podagrae. v. gr.

„Item succus jusquiami polentę adhibitus aut cataplasma inductum tumores podagricos spargit & dolores mitigat. Item seminis jusquiami uncia „una pulvis in ciato bibitus podagricis & arteticis singulare remedium „est.

fol. 52. *ad Demones.*

„Si fatigata fuerit post partum mulier „nocte, fac pulverem de pastinaca &

„ei

„ei omni nocte da, quia ei demonium „fugat; & si mulier obticuerit, pasti„nacam coque & mitte in stupa per „dies IX & recedit. Si vermis aut „serpens vel dęmonium fuerit in ho„mine, pipinellam collige cum ora„tione dominica & da ei bibere & sa„nabitur, & postea ipsam herbam da „ei bibere per dies novem in aceto & „oleo.

Sequuntur Conjurationes quaedam contra Demones.

80. fol. Codex chartac. XV.

Opusculorum medicorum compilatio, ex variis autoribus.

Implet folia 192, vel paginas 184. In fine legitur:

„Explicit iste liber finitus per me Jo„annem Getzenhennum de Drechlin„gershusen anno Dni. 1425.

Joannitii, Galeni, Theophili Scripta continet quaedam. In fine additus libellus de ponderibus & mensuris.

34. fol. Codex chartaceus.

Arzneybuch, für allerhand Ge-

 fäll

fäll und Bräſten; abgeſchrie-
ben an. 1642.

570. 4to. Codex chartac. XV.

Libellus medicus anonymi, cui titulus: *Experimenta.*

Galeno tribuitur libellus quidam de Medicinis expertis, quem ſpurium & ab Arabibus deſumptum dicunt. Vide Fabritii Bibl. graecae Tom. 3. pag. 535. Forſan hinc noſter Codex etiam compilatus eſt.

Sequitur

Liber de Febribus.

In hoc ſaepe citatur Avicennae Canon, de quo vide Fabritii Bibl. graecae Tom. XIII.

585. 4to. Codex membranaceus. XIII.

Opus medicum, de phyſiologia, de elementis, de morbis, & tuenda valetudine, & de delectu ciborum, gallice exaratum.

Deeſt primum folium, & finis operis; autoris nomen non reperimus. In Praefatione autor ordinem operis tradit; unde haec excerpere lubet:

„N'entendés pas que *pheſique* ſoit faite
„por faire vivre l'ome tojors. Mais
„eſt faite por l'ome conduire juſqua
„la

„la mort naturel, & ſaichiés que mort
„naturel eſt en LXX ans par nature
„& plus & mains ſi complait a noſtre
„Seigneur ; & ſi vos dirai raiſon por
„quoi ; car tant com li nous met a
„croitre en force, en biauté, en vigor,
„covient que il mete a en vieillir & a
„venir a neant. Li termes de croiſtre
„en biauté & en vigor ſi eſt a XXXV
„ans, & donc covient que tout mete
„a enveillier & aler a neant ſi com
„li eſt prove par . . . . Car donques
„puet l'en ſavoir que tuit cil qui mue-
„rent devant le terme naturel ſi eſt
„par l'outrage que il font a lor nature
„& a lor complexion & cil qui vivent
„pluis ſi lor avient par bone nature &
„par bone complexion que il ont &
„par bone garde que il pueent faire
„de *feſique.*

In quatuor partes dividit opus, ſic:

„L'une de ces parties ſi eſt de garder
„le cors en ſanté.
„L'autre deſchiver les meladies qui
„pueent avenir.
„La tierce de removoir les meladies
„qui ſont en cors de l'ome.

quintæ Eſſentiæ omnium rerum transmutabilium. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti; Incipit liber de famulatu Philoſophiæ datus ab angelis Domini noſtri Jeſu Chriſti pauperibus & evangelicis viris.

Folia 42. ſ. paginas 82. continet. Additae ſunt gloſſae marginales. Hoc opus ſtatim credidi eſſe Raymundi Lulli, ſed inter operum ejus Collectionem ſplendidiſſimam illud non reperi.

Exempli gratia hos Capitum titulos deſcripſimus:

„Scientia ad faciendum ignem adeptum qui eſt ſine carbone ſine flamma „ſine luce agens ſuper omnem actio„nem ignis viſibilis recte ſicut agit „ignis infernalis.

In duas partes diviſum eſt opus; parti ſecundae hic titulus praemittitur:

Liber ſecundus qui de generalibus remediis appellatur.

„Remedium primum, qualiter impe„dimenta ſenii curentur in evangelicis „viris, & juventus priſtina Dei auxi„lio reſtauretur.

Codex

Num. | 1. | Secul

587. 4to. Codex chartac. anni 1656.

Büchlein der Arzney. Autore anonymo.

Continet varia remedia, quorum unum speciminis gratia excerpsimus.

Ein Kunst zum Gehör, kompt vom Churfürsten Friedrich Pfalzgrafen.

Gang in die Badstuben, und schwitz; nimm alsdann Scorpionöl, uff drey Tropfen, thu es in das ohr, daran du übel hörest, mach ein Stupfer oder Meyssel von einem Rätich, verstopffe das ohr damit, leg dich auf die andere seiten, uff einen Banck in der Badstuben, bleib also ein halb stund ligen, volgends stand uff den banck, hab dan ein fuß in die höche, und spring uff der seyten, wo der Schaden ist uff denselben fuß hart von dem Banck, da wird das Fähll auffspringen, so wirt das gehör widerkommen. Ist der mangel an beiden ohren, so thun auf der andern seyten auch also ꝛc. Probatum.

Codex

„Usurarius si vult evadere damnatio-
„nem oportet quod evomat per resti-
„tutionem pecuniam male acquisitam
„& culpam per confessionem alioquin
„evacuabitur per pœnam in Gehen-
„nam.

Sapit monachum, sicut omnia reliqua hujus libelli.

507. 4to. Codex chartac. XV.

Exercitium, s. Tractatus de Anima.

In fine opusculi haec leguntur:

„Anno 1455. completum est hoc ex-
„ercitium de anima per me Nicolaum
„Bennet de Smalcaldia.

Sequuntur Commentarii Dialectici; Autoris incerti omnia.

446. 4to. Codex membran.

Tractatus de arte dialectica s. sophistica.

Autoris nomen reperimus in medio Codice, nempe Magistri Ricardi de . . . .

Scriptura propter numerum abbreviationum desperatissima, arte ipsa quam tractat, obscurior, etiam Autoris nomen in tenebris involvit, parvâ jacturâ bonarum artium.

Codex

Num. *A.* *Seculi*

368. 4to. Codex membran. *XII.*

Libellus cui titulus, de sophisticis Elenchis.

353. 4to. Codex membran. *XVI.*

Ars chiromantica ex variis autoribus compilata, cum figuris. Folia XI. Deest nomen autoris.

708. 8vo. *Joannis Henr. Alstedii Compendium Encyclopediae philosophicae. 1626.* *XIV.*

Magni Operis editi Compendium.

649. 4to. Codex chartac. *XVII.*

Maximes & bref avis pour le Maniement de la guerre, au Roy.

Libellus iste, anonymi, Henrico IV. Regi dicatus videtur. Paginas 80 implet.

43. fol. Codex chartac. *XV.*

Opera chirurgica continet sequentia:

Magistri Petri de Arzelata de Bononia Chirurgia, secundum modum Avicennae, libri VI.

Opus amplissimum, quo de variis ad tuendam sanitatem & curandos morbos tractat autor. In fine adscripta sunt haec:

 „Ex-

„Explicit tractatus de cauteriis (nem-
„pe operis ultimus) scriptus per ma-
„nus M. Wybrandi de Wolderkus
„partium Westfrisię pro egregio ac
„subtilissimo artium doctori & medi-
„cina scholari D°. Magistro Antonio
„*de Campidona* anno Dni. 1442. die
„27. mensis Junii in civitate Paduanâ
„regnante Serenissimo Ducali domino
„Venetiarum.

Sequitur

„*M. Maphei de Lande, famosi artium*
„*& medicinæ Doctoris Problemata me-*
„*dica varia.*

Ultimum hujus codicis est Anatomiæ expositio anonymi.

Autores supra nominatos apud Bibliographos non reperi.

196. fol. Codex membran. X.

Praeter Eutropium, de quo Tomo I.

Fragmentum operis de cursu astrorum de die & nocte.

Praefatio sic incipit:

„Quicunque desiderat scire certas ho-
„ras

„ras noctium & dierum vel puncta & „momenta & alia omnia quae inqui„renda sunt in horologio necesse est „ut istud Alzafeha id est tabulas co„gnoscat & bene intelligat.

Autor ignotus. Implet folia 10 priora Codicis.

B.

445. 4to. Codex membran. XV.

Francisci Barbari, de re uxoria libellus, ad Laurentium Mediceum.

Typis prodiit non semel hoc opusculum eleganti stilo scriptum; de autore vide Baylii Lexicon, qui de aetate & persona autoris multa disputat. Laurentio Mediceo, Cosini fratri, Johannis filio, opusculum hoc dedicabat Franciscus Barbarus, Patricius Venetus, occasione nuptiarum Laurentii cum nobili muliere, nomine *Zinebra*, ut ipse in fine libelli testatur. Vita functum esse hunc Laurentium anno 1440. testantur historici, unde aevum libelli aliquatenus judicare licet, autore se Guarini Veronensis, Praeceptoris sui colloquiis frequenter frui testatur.

701. 12°. Codex chartac.

Libellus de apibus gubernandis atque educandis, scriptus per F. Bonot.

mam partem theologici argumenti; primum an. 1560. Genevae Theologiae Doctor, deinde in Belgio commoratus aliquot annis, ubi opus, de quo nobis agitur, composuisse constat ex subscriptione, quae in ultima libri pagina exstat; sic habet:

„Liber hic unà cum tabula subsequen-„ti nihil habet reprehensione dignum „S. R. Eccles. fidei contrarium aut Rei-„publicae offensivum, quod attestor „propria manu:

„Sebast. Baer - - insignis Colle.
„Ecclesiae S. Mariae Hantwer-
„piensis Plebanus.

Jurisprudentiam adolescens coluit sub J. C. Clarissimo Anna De Bourg Parisiensi.

Inter Epistolas Codicis 141. exstat illa Laberii Danaei, quam hic integram edimus. De Opere illo, quod nunc recensemus, scribit ad amicum P. vel Franc. Danielem. Data est Genabi ad Ligerim nonas Martii 1565.

„Liber de Jurisdictione dialogus est, „a me scriptus magno animi ardore & „studio, ut A. Burgium (Anna du „Bourg) praeceptorem meum com-„mendarem, quem omnem omnium „hominum aetates memorabunt. Is „videtur ad Philippum fratrem scrip-

„tus,

„tus., sed ego & frater eum Tibi lu-
„bentissimo animo donamus, & jus
„omne secum in Te cedet. Nomen
„tamen ejus neque delere neque loco
„movere sum ausus, quod pertinet ad
„totius historiae narracionem, & eo
„mutato totius corporis & libri ordi-
„nem mutare oporteret, id quod de
„nomine Phidiae traditum est, quod
„ipse in Clypeo & Aegide Minervae
„Atheniensis inscripserat. Neque ea
„res ut puto tibi displicebit. Leges,
„si placet, tum' postea mereatur ne
„hominum lucem judicabis. Et facile
„quod puto edetur Lutetiae, in qua
„urbe est magna militantium in foro
„advocationis turba, numerosi judi-
„ces, & utilis earum rerum cognitio.

Opus hoc dialogi formam sustinet, inter Lambertum, f. Laberium, & Mummium; praemisit autem praefationem, quam subjicimus, ut de stilo & ordine libri aliquatenus judicet lector.

„Utrum foret utilius, aliquam hone-
„stae animi cogitationis causam ratio-
„nemque reddere, quia multi requi-
„rent, an nullam, quia quod aggredi-

„mur, honestum est, mecum diu, „multumque Philippe frater, dubitavi. Nullam enim omnino afferre „instituti tui causam, ubi quid pri„mum facere ceperis, nimiae videtur „esse vel arrogantiae, vel securitatis. „Aut enim is sibi plurimum placeat, „suoque mire ipse delectetur ingenio „necesse est, qui ceterorum de se suis„que scriptis judicia contemnit, aut „is nimirum sit ineptus oportet, qui „quae ceteri sentiunt, ne hilum qui„dem facit. Nobis autem, qui quan„quam omnibus placere non studemus, „doctis tamen volumus & conditis, „certe videtur aliqua Instituti proposi„tique nostri afferenda ratio. Propter „quam apud bonos & aequos rerum „judices debeat probari; in quo non „tam mihi longum exordium quaeren„dum est, quam breviter ostenden„dum, importunis amicorum preci„bus & inflammato eorum ad Jus ci„vile studio nihil potuisse denegari. „Sic enim statuo, quanquam haec cau„sa fortasse levis & vulgaris multis vi„debitur, potiorem tamen, & plus „apud

„apud bonos valituram, quia vera eſt, „quam longas & exquiſitas de Jure civili laudes, aut eorum qui de hac „ipſa re ſcripſerunt, de qua dicturi „ſumus, injurioſas appellationes. Quorum alterum Jure rideri poteſt, alterum reprehendi. Quid enim inſulſum magis aut ineptum, quam longa „iſta de laudibus Juris civilis praefatio? Cum Juris civilis immenſa vis „& utilitas nota ſit, atque omnibus „in confeſſo & a nemine adhuc quanquam hoc corruptiſſimo diſſolutiſſimoque ſeculo damnata appareat. Itaque ſi quis demum, aut Legem aut „Jus civile, longo dicendi prooemio, „laudet & extollat, is mihi non tam „rei aut legis encomium proferre videtur velle, quam eloquentiae ſuae „vires in re haud ita difficili oſtentare; „cui tamen, ſi quis erit, illud ſane objici poteſt, quod magnifico & faſtuoſo cuidam oratori in publico Spartae „conventu de Herculis laudibus dicturum ſe Lacon reſpondit; ecquis vero „Herculem accuſat, aut vituperat? „Magna eſt enim temperantiae laus & „gloria,

„major autem fortitudinis, ſed longe
„maxima & praeſtantiſſima, ut omnes
„fatentur, Juſtitiae, quae ſine legibus
„earumque cognitione & prudentia
„exerceri aut florere nullo modo po-
„teſt. Sunt enim Leges ipſius voces
„& praecepta Juſtitiae, quae ſi negli-
„gantur, ſalva & incolumis nulla un-
„quam manebit civitas: quia ut in
„corpore nervorum robur in anima &
„ſpiritu eſt, ſic in civitate tota pacis
„ſalutisque ratio in Legum bonarum
„cognitione & obſervatione conſiſtit;
„inprimisque ea nomotheſiae pars ad
„univerſam Reip. ſalutem pertinet,
„quae de judiciis Judicumque Juris-
„dictionis finibus agit, quod non tan-
„tum in ea privatorum lites & cauſae
„terminantur, ſed quod ipſos primum
„Judices de ſuae poteſtatis finibus &
„cautelis certos eſſe plurimum intereſt
„Reip. Eſt enim fruſtra Lex poſita
„ſcriptaque, niſi ſit qui de ea jus red-
„dat, magiſtratus. Hoc autem ipſum
„fieri non poteſt, ſi inter eos ipſos,
„qui aliorum ſedant controverſias, Ju-
„dices & magiſtratus, ardeat inteſtina
„per-

„perpetuae diſſenſionis diſceptationis„que cauſa. Quid enim miſerius, „quam cum ipſi eorundem caſtrorum „ejusdemque civitatis duces certant in„ter ſe & diſſentiunt? Quid gravius, „quam cum ii, qui in tota civitate ho„mines ſunt potentiſſimi, bella & dis„cordiam movent? Quorum neutrum „evitari certe poteſt, niſi prius diſtin„ctis Jurisdictionum finibus, & cir„cumſcripta cujusque Judicis poteſta„te, atque autoritate. Quod ipſum „fateor, nos ſumus aggreſſi, atque id „ſine cujusquam, quemadmodum ar„bitramur, offenſione. Libere enim „ſentire quemquam de re qualibet „quemadmodum voluerit, concedi„mus, quamquam una eſt veritatis „via, & ſi quem fortaſſe reprehendi„mus, uti quorundam ipſa ſe refutat „oratio, ea fuit ſine contentione re„prehenſio. Ceteris enim condona„mus quemadmodum nobis ipſis po„ſtulamus ut condonetur, non equi„dem quod aliud ſecuti ſumus, quam „quod veriſſimum eſſe ipſa Legum re„cta & utilis Interpretatio demonſtra-

„bit

„bit confirmabitque poſtea rerum uſus; „ſed quia jejune & tenuiter, vere ta- „men multa fert animus, hoc ipſum „petimus, ut condonetur. Nam cum „ſemper, tum vero quoties de rei ve- „ritate quaeritur, nullae mihi oratio- „nis phalerae, delitiaeque placuerunt, „ne magis nos orationis dulcedo rape- „ret, aut potius venenum dictionis, „quam ipſius veritatis lumen apertum. „Eorum quidem dotes, & ingenium „ſemper mirabor, qui cum inexhauſta „pulcherrimarum rerum cognitione „admirabilem vim eloquentiae conjun- „xerunt, quod eſt rarum eventu; ſed „iis parcendum quoque cenſebo, qui „plus rei addicti magnam in verbis cu- „ram & operam nunquam collocarunt. „Mallet alius Plinianus quam Cicero- „nianus dici, qualis Apollinaris Sido- „nius, aſt ego utilem & magnam re- „rum cognitionem malim mihi com- „paratam eſſe, quam verborum. Sepe „vero eveniat neceſſe eſt, ut multa a- „perte tantum, non etiam diſerte & „copioſe dicantur, vel quod argumen- „tum ipſum quod tractandum ſuſcepe-

„ris,

„ris, jejunum est & egens verborum,
„quamquam rei dives & abundans,
„qualia sunt fere ea de quibus dici-
„tur:

Ornari res ipsa negat, contenta doceri;

„vel quia ad alium accommodanda o-
„ratio est, quia docendi causa tota
„disputatio instituitur, quod nobis ac-
„cidit, ut in hac tractatione faceremus.
„Cum enim ad VI. Id. April. ego &
„Monsoius, tuque frater recreandi
„animi causa in eum hortum, quem
„avunculus noster Antonius Brachetus
„ad primum urbis Aureliae lapidem
„habet secessissemus, Mummius uter-
„que (hic enim major, ille natu mi-
„nor erat) advenit, qui amicissimos
„secum viros ad nos adduxerunt, Ja-
„cobum Palladium, & illum veterem
„& insignem Pyladem, Joannem Tail-
„laeum, qui hodie Bondarraeus appel-
„latur. In eo igitur horto cum ali-
„quot sub pergulis spatia confecisse-
„mus, consitas per quincunces arbo-
„res intuiti, infinitam prope arborum,
„herbarum, & olerum omne genus
„varietatem admirati, apteque & scite
„con-

„consita, plantata, constructa & enata
„omnia, magna cum avunculi laude
„vidissemus, pervenimus ad eum lo-
„cum, qui ab olitore Daedalus voca-
„batur. Neque enim, ut tute frater
„scis, eo horto quicquam jucundius
„aspici potest, tum propter odorum
„suavitatem, tum rerum varietatem,
„tum latitudnem spatiorum, & in eo
ipso horto plus habet ingenii & indu-
„striae hic ipse lacyrinthus qui dicitur,
„quia ad antiqui illius, qui in Creta
„fuisse memoratur, & in quo, ut Poe-
„ta canit:

Minotaurus inest, Veneris monimenta
nefandae,

„similitudinem effictus & descriptus
„magnam affert ambulantibus volup-
„tatem, & propter itinerum incertitu-
„dinem & ipsum conspectum aditur.
„Huc igitur omnes ingressi, & quasi
„Ariadne filo viam monstrante, conse-
„dimus in meditullio, in quo herba-
„rum lectulus erat ex opere topiario,
„viridis & suaveolens, & ab omni so-
„lis ardore tutus ubique ob foliorum
„& incumbentium ramorum densita-
„tem.

„tem. De ea autem arte omnes dixi„mus, in qua plurimum quisque ver„sabamur. Quanquam enim Jus ci„vile tractabant omnes, id tamen alii „serio, alii (quod inter nos dicere, „frater, liceat) succisivis tantum horis „fecere. Trahit enim, ut dici solet, „sua quemque voluptas. Nam de omni „vetustissimorum genere armorum, „Monsoius accurate disputavit, mul„tosque Latinorum cum graecis Scri„ptoribus contulit locos, quo studii „genere ille plurimum delectatus Jus „civile neglexit. Taillaeus autem de „omnibus Poëtarum numeris diligen„ter disseruit, quod erat in descriptio„ne generis magnus & excellens, sive „graeca malles & latina, sive gallica. „Palladius vero copiose de eloquentia „multa dixit. Erat enim is orator non „ante factus, sed edoctus natura. At „Mummius is, qui aetate praecedebat, „quamquam de vera pietate multa gra„viter & syncere disputavit, addidit „tamen de Philosophia eam, quae de „moribus est, praeclaram quaestionem. „Ex qua ad civitatis ordinem & Leges

„desedimus, in quibus cum fratrem
„suum, qui minor erat, vellet esse
„quam instructissimum, saepe me in-
„terpellavit ne tacerem, & fratri vel-
„lem auxiliatum suo, jamque meae es-
„sent ad dicendum partes, effecit, ut
„ego quidem de Jurisdictione, tu au-
„tem frater, περὶ τῆς πρακτικῆς, & usu
„forensi multa diceremus. Quae no-
„bis evenerunt partes, & eae quidem
„conjunctae. Sed quia cuique suam
„artem suamque disputationem tractan-
„dam relinquo, eam tantum ad te mit-
„to, quae mea est, cujus ego memini
„eo fidelius, quod eam habitam statim
„conscripsi. Meministi enim, credo,
„quae fuerit nostri in hac disputatione
„muneris partitio, ut junior adoles-
„censque Mummius, quae vellet, in-
„terrogaret; ego autem quae scirem
„responderem. Quanquam autem de
„iis, qui nobiscum una erant, multi,
„tuque ipse, saepe vestram de singulis
„quaestionibus sententiam dixistis, ea
„tamen collegi tantum, quae mea sunt,
„ne cuiquam opinionis suae vel de-
„fendendae vel laudandae fructum &

„ansam

„anſam praeciderem. Ad haec verebar,
„ne longior exiret liber, quam vellem,
„quamque neceſſe erat, ut legeretur.
„Ita ſunt enim mores, ut novi tum
„ſcriptores tum lectores omnes Laco-
„niſmo & brevitate delectentur. Nihil
„tamen eorum praetermiſi quae ad ve-
„ram & apertam harum rerum, de
„quibus ſcribimus, cognitionem, mihi
„neceſſaria viſa ſunt. Itaque minor
„Mummius; dic igitur, ait, mi La-
„baei, de Juriſdictione aliquid. Nec
„enim effugere potes, qui teneris com-
„muni ſociorum lege, cui te Juriſcon-
„ſultum non parere, & primum Le-
„gum noſtrarum autoritatem eludere
„contemnereque velle ſane graviſſi-
„mum eſt. *Laber*. Atqui, Mummi,
„alia naturae Lex eſt, ne quod perfi-
„cere poſtea & poſſe dubites, incep-
„tes unquam. Habet enim ea res mul-
„tum, ut ait Heſiodus, levitatis. *Mum.*
„Saepe deſperant de ſuis facultatibus
„homines, cum tamen in iis plus inſit.
„Praeterea nunquam te hi ſinant abi-
„re, niſi ſymbolam contuleris, & es
„in eorum ore ſi non ſolius. *Lab.*

 „Nae

„Nae mihi tu acerbos & morosos cre-
„ditores dices, qui, quod praestare
„non possum, non exigent, scio, aut
„curabunt. *Mum.* Facient. Tum om-
„nes una voce exigere & repetere,
„quod symbolum dedissent, nisi & ipse
„meum conferrem, actionem
„ si non praesenti pecunia solvis-
„sem, denique damnare velle arbitrio
„societatis. Cum igitur de me meaque
„fama eo judicio agi sensissem, faciam,
„inquam, quod jubetis, & me tam fa-
„moso judicio liberabo, modo vires
„animumque recipiam, quam mihi me-
„tus hujus disputationis & cogitatio
„atque preces minaeque vestrae ade-
„mere. Dicam enim de Jurisdictione,
„atque ita dicam, ut nunquam antea
„res tam obscura, tam aperte & dilu-
„cide tamque certo ordine tractata ap-
„pareat. Quod ut faciam, ordior a
„principio.

Laberius.

„Postquam de diversorum magistra-
„tuum officiis plurimeque jurisdictione
„singulatim disputatum est, ordine de
„ toto

„toto ipso jurisdictionis genere quae-
„stio in hunc locum incidit, ut intel-
„ligatur, quid sit in illa varia magis-
„tratuum potestate communiter con-
„siderandum. Distinctis enim tot il-
„lis magistratibus, de quibus antea fuit
„actum, quam ad titulum de jurisdi-
„ctione veniretur, quid jam aliud su-
„perest, nisi ut communes & genera-
„les regulae enumerentur? Sed ut di-
„cam adhuc apertius, atque magis di-
„stincte, hujus argumenti quinque fe-
„re capita, pro te, mi Mummi, in-
„nuere constituam: De quibus illud
„primum erit, quod in omni quae-
„stione prope tractari solet, quemad-
„modum scribit M. Tullius, ut quid
„sit in universum jurisdictio, definia-
„tur, non quatenus illa speciei nomen
„est, sed quatenus est generalis juris-
„dictionis significatio. Quod ipsum
„quanquam in tota Lege non est, est
„tamen ad hujus quaestionis tractatio-
„nem valde utile & necessarium; at
„tamen, ut dicam id quod res est, vix
„explicari potest, quid sit in univer-
„sum jurisdictio. Ergo, Mummi, di-

,,ci non potest, quam sit omnis phi-
,,losophia, & dialectica imprimis ad
,,Juris civilis cognitionem necessaria,
,,cujus imperiti quidam etiam primi
,,nominis Jurisconsulti graviter in suis
,,commentariis errarunt. Nihil autem
,,in τοῖς διαλεκτικοῖς fere notius est,
,,quam ambiguum omne verbum prius
,,esse distinguendum secernendumque,
,,quam ullo modo definire posses, quia
,,est ambiguitas incerta & obscura ver-
,,bi notatio, in qua, tanquam aqua in
,,Euripo, ludere necesse est, dum ad
,,hanc modo, modo ad illam ripam &
,,significationem confugimus. Impri-
,,mis autem cum aliqua de re disputa-
,,tio futura est, primo constare & con-
,,venire inter nos oportet, quid sit il-
,,lud, de quo quaeritur, quod ut fiat
,,ipsius vocis definitio plane necessaria
,,est. Hoc autem quemadmodum a
,,nostris, sic a Platone omissum esse
,,graviter in libris de republica repre-
,,hendit Aristoteles, quod in utrisque
,,peccatum est, non ferendum. No-
,,stri vero cum saepe alias, tum in ex-
,,plicanda definitione saepissime hujus

,,dialectici praecepti ignoratione lapsi ,,sunt. Neque enim doctiorum fere ,,quisquam est Jurisconsultorum, qui ,,non vel de jurisdictione aliquid scri- ,,pserit, vel quid sit Jurisdictio deffi- ,,nierit, sed tamen pessime omnes pri- ,,mum ambiguam vocis significatio- ,,nem & notionem non distinguunt; ,,in quo errant vehementer, & cum ,,eadem Jurisdictionis vox sit rerum ,,diversarum, quemadmodum generis ,,& speciei commune nomen *adoptio* ,,est, & apud Graecos *δικαιοσύνη* vir- ,,tutis universae & particularis appella- ,,tio est, tamen aut ipsum genus Ju- ,,risdictionis tantum explicant, aut ejus ,,generis speciem solum unam, scili- ,,cet eam, quae mero imperio ex ad- ,,verso objici solet; nulli autem sepa- ,,ratam utriusque significationis sen- ,,sum satis exprimunt, qui Jurisdictio- ,,nis genus a specie secernat. Nam ,,qui universalem Jurisdictionis ad ,,Jurisdictionem restringunt, ii me- ,,rum, quod ajunt, imperium a Ju- ,,risdictione plane secernunt, & exclu- ,,dunt, quod tamen unam esse ejus

 ,,speciem

„speciem diserte tradit Jurisconsultus.
„Juris enim dictio judiciorum solemnitatem actionisque formulam requirit, quae cum in publicis judiciis nulla sit, publica judicia ad dictionem pronunciationemque Juris certe non pertinebunt, quia vel hoc ipsum in possessionem mittere Imperii magis, quam Jurisdictionis esse Jurisconsultos respondit. Bene enim Varro, qui Judicis potestatem uti ab imperio separata quaedam vis, ex trium solemnium verborum pronunciatione totam metitur, & deffinit, do, dico, & addico, ut ad gladii potestatem, in quo merum imperium consistit, Juris dictio diffundi extendique non possit. &c.

341. fol. Codex chartaceus.

Annotata Hugonis Donelli in varios titulos Pandectarum, excerpta ex ipsius ore (à manu Francisci Danielis Aurelii, Biturigibus, ubi tunc anno 1560. Jura docebat Hugo Donellus.)

Adjunctae sunt Epistolae quaedam Francisci Danielis ad Jacobum Cujacium, & alios.

Codex

Num. E. Seculi

182. fol. Codex membran. XIV.

Fratris Egidii Romani Ord. S. August. de Regimine Principum Libri III.

Hic aliàs Aegidius de Columna dicitur, ex illustri Columnarum gente ortus. Opus editum est. Vide Cavei histor. Litter.

55. 4to. Codex chartac. XVII.

Libro nel quale si tratta delle Comete, composta già circa settanta anni passati; adesso nuovamente fuor mandato, del Thurecese Medico.

Argumenti astrologici. Italico idiomate, paginarum 100. Sub hoc nomine latet Thom. Erastus, Medicus celebris, defunctus Basileae 1584. Opusculum de Cometis typis editum extat. Vide Placcii Theatrum Pseudonymorum, & Lexica Eruditorum.

F.

609. 8vo. *Guillelmi Fabritii Hildani libellus de anatomiae praestantia & utilitate.* Germanice. Bernae 1624 impressum; additae a manu autoris quam plurimae annotationes & auctaria.

495-97. *Guillelmi Fabritii, Patria Hildani, Observationes anatomico-medicae:*

dicae; item *Epistolae ad amicos & aliorum ad eundem.*

De hac collectione dixit jam ante nos Vir Praestantissimus, qui in hac Scientia inter primos est, omni praeterea doctrina excellens, Relationum Gottingensium de libris novis fasciculo XII. pag. 430. Magna pars eorum, quae tribus hisce voluminibus continentur, jam typis edita sunt a Joh. Beiero Francofurti 1646. inter Opera nostri Fabritii. Sunt tamen quaedam anecdota, frustra nobis saltem in illa editione quaesita. Quamplurimae praeterea Tabulae anatomico-chirurgicae hic occurrunt, quae in editis desunt. Primum statim volumen exhibet Epistolas tres, quarum prior, a Hermanno Lignarido, Theologiae in Academia Bernensi Professore, ad Fabritium scripta, continet doctum ejus commentarium de loco 1. Corinth. Cap. 5. v. 18. de *praeputio*; secunda est Fabritii Responsiva ad eundem Lignaridum, ubi idem argumentum anatomice tractat, & de circumcisione Judaeorum agit: utraque scripta Bernae 1628. Tertia ejusdem Fabritii ad Lignaridum, inscripta sic: *Theologo cognitionem anatomiae necessariam esse.* In hac praecipue de morte Salvatoris, & de aqua & sanguine ex costa effluente disserit, & mortem hinc necessario secutam demonstrat. Haec scripta est Bernae 26. Martii 1628. Ineditam & lectu dignam integram hic damus.

Theologo cognitionem anatomiae necessariam esse ostenditur.

„Reve-

„Reverendo, doctrina & eruditione,
„sed inprimis pietate ornatissimo viro,
„Domino *Hermanno Lignarido*, in
„Schola Bernensi S. S. Theologiae Pro-
„fessori longe celeberrimo, vigilantis-
„simoque amico & populari meo plu-
„rimum observando *Guilhelmus Fabri-*
„*tius Hildanus* salutem plurimam dicit.

„Responsum meum ad postremas Tuas,
„etsi impolito ac rudiori stylo scrip-
„tum, nihilominus tamen Tibi gratum
„fuisse, reverende juxta ac doctissime
„mi Domine Lignaride, amicorum
„optime, libenter intellexi, facit id
„insignis humanitas & in me benevo-
„lentia tua, quam aeternam, & si te
„supervixero, etiam post funera tua
„religiose celebrabo.

„Hisce diebus cum Candidatus quidam
„Theologiae ex me quaereret, quo-
„modo locus ille Genes. 35. 11.
„*Et Reges è lumbis tuis egredientur*,
„sit intelligendus, ansam mihi dedit ut
„libellum illum meum germanicum,
„de praestantia anatomiae, reviderem
„& augerem, inprimis autem ut in eo
„mon-

„monſtrarem anatomiam non ſaltem „medicis, verum etiam theologis, at„que juriſconſultis neceſſariam eſſe. „Loca itaque nonnulla ſacrae Scriptu„rae ſelegi, eaque pro ingenii mei te„nuitate in gratiam Studioſorum S. S. „Theologiae anatomice expoſui. Quia „autem incertus ſum, an & quando „praedictus liber multum auctus, in „lucem prodire poſſit, ſtatui horum „locorum nonnulla Tibi viro in Theo„logia longe conſumatiſſimo propo„nere, & calculo tuo ſubjicere: cupio „enim abs Te erudiri atque doceri.

„Ad propoſitam autem quaeſtionem in „hunc fere ſenſum reſpondi, videlicet „ſacram Scripturam hoc in loco ad „originem vaſorum ſpermaticorum, „per quae hominis fit propagatio, re„ſpicere. docet enim anatomia, vaſa „ſpermatica ex lumbis erumpere, & „ad genitalia deſcendere. In muſaeum „itaque meum ipſum duxi, & quod „multis verbis ipſi propoſueram atque „explicueram, id in compagine mea „viſcerum, quam ſaepiſſime apud me „vidiſti, ad oculum monſtravi.

Tota

„Tota autem ſpina dorſi, ex 34 ver-
„tebris conſtat, & in partes quinque,
„videlicet in collum, pectus, lumbos,
„os ſacrum & os coccigis, dividitur.
„Collum vertebras habet ſeptem, pe-
„ctus duodecim, lumbi quinque, os
„ſacrum ſex, os vero coccigis quatuor.
„Ubi autem vertebrae pectoris cum
„coſtis tum nervis tum etiam notis fi-
„niunt, ibi lumbi incipiunt, & ad os
„ſacrum usque ſeſe extendunt.

„Per lumbos autem medici non ſal-
„tem vertebras illas quinque, verum
„etiam reliquas partes lumbis adjacen-
„tes, uti ſunt muſculi, nervi, arteriae,
„uenae, imo etiam renes ipſos, intel-
„ligunt. Et quia uaſa ſpermatica ex
„hac parte ſpinae, quam anatomici
„lumbos appellant, exoriuntur, & ad
„genitalia deſcendunt, ſacra Scriptura
„ea quoque hoc ſenſu comprehendit.
„E lumbis itaque Jacobi Patriarchae
„reges egrediendos eſſe, Deus promit-
„tit, quod & multa poſt ſecula in Da-
„uide, Salomone, aliisque regibus ex
„progenie Jacobi ortis, uſque ad Chri-
„ſtum Jeſum, regem regum praeſtitit.

„Qua-

„Quatuor autem sunt uasa ad hominis
„procreationem & propagationem, a
„summo Creatore destinata atque crea-
„ta, duae uidelicet uenae, totidemque
„arteriae. Venarum dextra a trunco
„descendentis uenae cauae, parum sub
„rene dextro immediate exoritur: si-
„nistra uero a ramo emulgente. Hinc
„fit ut sanguis uenae dextrae sperma-
„ticae, purior sit sinistro. Cur autem
„sinistra uena spermatica, a ramo emul-
„gente, non a trunco uenae cauae,
„exoriatur, id mira, inquit Laurentius
„libro 7. cap. 2. naturae prouidentia
„factum puto: quia aortae truncus ad
„laeuam inclinans perpetuo diastoles
„ac sistoles motu agitatus, exilem hanc
„uenam disrumperet. Ex his summa
„Creatoris (qui etiam circa minimas
„partes corporis nostri, ad conservan-
„dam optimam valetudinem spectan-
„tes in creatione occupatus fuit) pru-
„dentia atque providentia elucescit.

„Paulo infra exortum dextrae semina-
„lis uenae, & circiter tertiam lumbo-
„rum uertebram, arteriae seminales,
„ex arteria magna oriuntur, simulque
„cum

„cum uenis ſeminalibus ad teſticulos
„deſcendunt, ubi ſemen probe co-
„ctum & elaboratum, per uaſa diffe-
„rentia ſurſum fluit, & per peritonaei
„productionem ad poſteriorem partem
„veſicae urinariae iuxta ſphincterem
„defluit, ibi denique in duobus glan-
„duloſis corporibus proſtatae ab ana-
„tomicis dictae, certisque veſiculis
„usque ad coitum retinetur. Ex lum-
„bis itaque ſemen profluit. Plura ſi
„hac de re videre cupis, vide Gale-
„num, Veſalium, Bauhinum, Lauren-
„tium & alios.

„Alius exſtat locus Exodi capite 12.
„verſu 46. & alibi, ex quo anatomiae
„cognitionem theologo neceſſariam
„eſſe apparet. Eo autem in loco, ubi
„Deus per Moſen populo ſuo ritus,
„qui circa mactationem ac manduca-
„tionem agni paſchalis obſervandi e-
„rant, proponit, haec quoque habet
„uerba: *Et os non confringetis in eo.*
„Id vero de Chriſto veriſſimo, ac uni-
„co agno paſchali dictum eſſe, teſta-
„tur ſacra Scriptura multis in locis.
„Hic imperitus aliquis anatomiae ob-
„jiciet

„jiciet Tibi, inquiens: Quomodo uo-„lae manuum & plantae pedum ſine „oſſium fractione clavis perforari po-„tuerunt, cum ex unico conſtent oſ-„ſe? Reſpondeo anatomiam nos do-„cere, uolam manus, & plantam pe-„dis ut rerum anatomicarum ignarum „vulgus putat, non ex unico, ſed uo-„lam manus ex quatuor, plantam ve-„ro pedis ex quinque oſſibus, inter ſe „adeo diſtantibus a Creatore fabrica-„tam fuiſſe, ut milites loca illa clavis „facile ſine laeſione uel fractione oſ-„ſium perforare potuerint.

„Mortem Domini noſtri Jeſu Chriſti „fundamentum ſalutis noſtrae eſſe, „omnibus piis Chriſtianis in confeſſo „eſt. Per paſſionem enim ac mortem „ſuam coram Deo pro nobis ſatisfe-„cit, & iram Patris ſui coeleſtis pla-„cauit. *Eſt vero*, inquit divus Apoſto-„lus ad Hebraeos 9: 14. 15. *novi foe-„deris mediator*, *ut morte intercedente*, „*ad redemptionem earum praevarica-„tionum quae fuerant ſub priore teſta-„mento*, *vocati promiſſionem accipiant* „*aeternae hereditatis*. At Judaeos non

„ſaltem

„saltem statim post gloriosam resurre-
„ctionem Domini nostri Jesu Christi,
„ipsius mortem constanter negasse,
„verum etiam nunc hodie ipsam ne-
„gare scimus, de quibus etiam Tua
„reverentia ipsa & testis auricularis
„esse potest: quosdam enim ex eis,
„Te praesente, mortem Christi negas-
„se, non semel ex Te intellexi. Di-
„cunt quidem, quendam Jesum no-
„mine, cruci affixum, nequaquam ta-
„men in ea mortuum esse, sed cum
„in deliquium animi incidisset, & pro
„mortuo sepulchro impositum fuisset,
„a discipulis suis noctu clam surrep-
„tum esse.

„Christum autem Salvatorem nostrum,
„verissime in cruce mortuum esse, ex
„anatomia manifestum sit, scribit enim
„diuus Johannes cap. 19. v. 34. *Qui-
„dam*, inquit, *ex militibus lanceâ latus
„ejus fodit, & statim exiuit sanguis &
„aqua.* Idque verissimum ac certum
„esse, idem diuus Johannes testatur,
„cum addit: *Et qui vidit, testatur,
„& verum est testimonium ejus, ille
„inquam scit, se vera dicere, ut &*

„*vos credatis.* Non autem sine gra-
„vissima causa Evangelista particulam
„statim addit, ut postea dicam. In
„pectore autem uiui hominis aqua nul-
„la, nisi in pericardio continetur: ali-
„quandiu uero post obitum, quando
„calor natiuus exstinguitur, spiritus
„refrigescunt, tunc, reuera, uapores
„calidi hinc inde per pectus dispersi,
„in aquam condensantur, ita ut in
„corporibus, qui aliquandiu, ut se-
„quenti vel tertio die post obitum in-
„ciduntur, nonnihil humoris serosi
„reperitur: quod & in dissectionibus
„obseruaui. At Salvatoris nostri latus
„statim post obitum perfossum fuisse,
„ex praedicto capite Joannis colligere
„est: Festinabant enim & urgebant
„Judaei, ut corpora a cruce tolleren-
„tur & sepelirentur. *Erat enim*, inquit
„divus Johannes, *magnus dies illius*
„*Sabbathi*, & licitum non erat popu-
„lo Dei, relinquere corpora demor-
„tuorum per noctem in cruce. Sic
„enim scriptum est Deut. c. 21. v. 22.
„*Quum fuerit in aliquo peccatum &*
„*judicium mortis, & suspenderis eum*
„*in*

„*in ligno, non pernoctabit cadauer ejus*
„*in ligno, sepeliendo sepelies eum, eo-*
„*dem die, quia maledictio est suspensus:*
„*& non contaminabis terram tuam,*
„*quam Jehouah Deus tuus dat tibi in*
„*haereditatem.* Ex quibus manifestum
„fit, statim post efflatam animam, &
„antequam aqua ex pectore ad dia-
„phragma confluxit, perfossum fuisse
„latus. Quo tempore nulla adhuc a-
„qua in pectore, praeter in pericar-
„dio esse potuit. Ut enim uapores
„calidi in pectore exstincto calore na-
„tiuo a frigore in humorem conden-
„santur, & ex superioribus partibus
„pectoris ad diaphragma descendant,
„tempus requiritur: Quemadmodum
„uidemus nubes e terra ad secundam
„regionem aëris elevatas, non statim
„sed aliquandiu post pluuias ex se di-
„mittere. Ex his itaque quae dixi,
„apparet, pericardium & cor lanceâ
„perfossum fuisse. Est autem pericar-
„dium, quod est cordis inuolucrum,
„& capsulam cordis appellant, mem-
„brana, quâ totum cor cingitur &
„investitur ad continendum humorem

 „quen-

„quendam ſeroſum & aqueum in eum
„finem a Deo creatum, ut cor calidiſ-
„ſimum, in continuo motu ſuo hu-
„mectaret, ipſumque aliquo modo re-
„frigerando, ſanum conſervaret, de
„quibus prolixe uide Galenum re-
„liquosque Anatomicos.

„Statim itaque, h. e. in ipſo momen-
„to exivit ſanguis & aqua. Sed unde?
„E pectore nequaquam, quin potius
„ex pericardio & corde ipſo. Cor
„itaque uulneratum fuit. At uulnera
„cordis lethalia eſſe, ſchola medico-
„rum, imo & experientia ipſa teſtatur.

„Diſciſſo corde, inquit magnus Hip-
„pocrates *aphoriſmo* 18. *libro* 6. le-
„thale eſt. Et Galenus *in Commenta-
„rio*: Quod quidem cor uulneratum
„mortem adfert neceſſario, unum ex
„eis eſt, quae in confeſſo habentur.
„Et Cornelius Celſus, ſeruari, inquit,
„non poteſt cui baſis cerebri, cui cor
„&c. uulnerati ſunt. Cor, inquit A-
„vicenna *lib.* 1. *fen.* 2. *doct.* 1. *cap.* 4.
„ſolutionem continui non tolerat, quia
„fit vel accidit cum ea mors. Lan-
„francus

„francus *tractatu* 2. *cap.* 5. de uulnere „cordis ſic ſcribit: Cor uulneratum „curam non recipit, imo mortem ac„celerat repentinam. Si quis, inquit „Rulandus (qui fuit magnus medicus „& chirurgus, & floruit circa annum „Chriſti 1468.) in corde uulneratus „fuerit, eum curae noſtrae non com„mittimus &c. Mortale enim uulnus „eſt. Huius quoque ſententiae ſunt „Guido de Cauliaco, Johannes de Vi„go, Lagautius Paraeus, Franbeſarius „& Neoterici omnes.

„Quod autem uulnera cordis de ne„ceſſitate ſint lethalia, mirum non eſt, „quando quidem cor (ut Galenus te„ſtatur *l.* 6. *de uſu part.*) caloris na„tivi, quo animal regitur, fons eſt & „domicilium, itaque quemadmodum „(ut poſt Joh. Langium *l.* 1. *Epiſtol.* „*Med. Epiſt.* 53. teſtatur excellentiſſi„mus & doctiſſimus Philoſophus ac „Medicus Dom. D. Gregor. Horſtius „*de natura humana l.* 2. *exercit.* 4. „*quaeſt.* 6.) Solis lumine & tepore, re„liqua ſidera cuncta illuſtrantur & ca„lent, ita cordis calore, qui per ar-

 „terias

„terias omnibus membris influit, mem-
„brorum reliquorum calor uiget &
„conſeruatur. Ergo cor vitae princi-
„pium merito & Philoſophi & Medici
„ſtatuunt. Imo animam radicaliter in
„corde ineſſe praedictus Dom. D. Hor-
„ſtius *de natura humana l.* 2. *de anima*
„*exercitat.* 1. *quaeſt.* 12. aſſerit. Hinc
„cum doctiſſimo Frambeſario *lib.* 8.
„*can.* 11. ſic concludo. Cum laeſio
„(videlicet cordis) adimat ei poten-
„tiam ſuum faciendi officium, inter-
„rupta actione ejus, oportet ceſſare
„motum, & per conſequens motum
„quoque arteriarum, unde ſequitur
„exſtingui calorem naturalem conſer-
„uatorem partium, hinc mors.

„Ad haec divum Johannem, ut philo-
„ſophum anatomicum, ſimul ac medi-
„cum, ſed inprimis theologum a Spi-
„ritu Sancto diuinitus inſtructum &
„eruditum reſpexiſſe, apud me du-
„bium non eſt. Idque in eum finem,
„ut infideles & obſtinaces ac impios
„Judaeos (qui ſuo tempore Sacram
„Scripturam N. T. impudenter nega-
„bant, atque etiam nunc negant) ra-
„tionibus

"tionibus physicis, ac omnibus sanae
"mentis hominibus conuinceret; dis-
"cipulos uero suos in fide magis ma-
"gisque corroboraret. Qua de causa
"non simpliciter scribit: *Et qui uidit*
"*testatur*; sed addit: *& uerum est te-*
"*stimonium ejus, ille inquam scit se ue-*
"*ra dicere, ut & uos credatis*, quasi
"diceret, ut credatis, & infideles &
"induratos Judaeos, quia Sacram Scri-
"pturam negant, rationibus etiam ple-
"beis notis, redarguere & conuincere
"possitis.

"Plura huius argumenti dicta in sacris
"literis exstant, quae sine cognitione
"anatomiae uix recte explicari possunt,
"de quibus (si D. O. M. vitam con-
"cesserit, ut tractatus meus *de praestan-*
"*tia anatom.* auctus; iterum in lucem
"prodire possit) mentem meam, si non
"de omnibus, de quibusdam tamen
"videbis.

"Nunc ut plura adscribam non uacat.
"Vale uir reuerende, & huius scholae
"ornamentum longe celeberrimum,

 "mihique

"mihique perpetuo honorande, & Fa-
"bricium tuum amare perge.
Bernae 20 Martii 1628.

G.

306. fol. Codex membran, XIII.

Varia continet ad Jus publicum & Leges Anglorum; quae enumerare operae pretium erit. Foliis 30 vel paginis 60 constat totus Codex; continet vero:

1°. *Ranulphi de Glanvilla Leges & Consuetudines Regni Anglorum. Libris XIV.*

Hoc opus typis prodiit, cujus tamen copiam hactenus nobis habere non licuit. Fabritius diligens alias Scriptor, errasse videtur circa auctorem & opus. Primum enim, Balaeum, & Lelandum secutus, Ranulphum hunc anno 1218. expeditioni sacrae in Egyptum & captioni Damietae interfuisse tradit, & titulo *Comitis Cestriae* eum designat. Nos vero, ratione temporum institutâ, alium fuisse nostrum Ranulphum de Glanvilla, nempe magnum Angliae Justiciarium sub Rege Henrico II. cognomine Plantageneto, Operis de Legibus Angliae haud dubio auctorem, alium rursus illum Cestriae Comitem fuisse credimus Noster enim, ordine vel dignitatis vel aetatis primus inter Angliae Jurisconsultos, claruit jam anno 1174. non minus armis quam toga illustris; copias enim regias eo anno, inter bella civilia Anglorum, duxit & contra

contra rebelles prosperе pugnavit, testibus historicis, & nuper Clariss. HUME, History of England, sub hoc anno. Idem noster Ranulphus tunc edidit Opus de Legibus Anglorum. A vero itaque alienum esse videtur, eundem, post 44 annorum spatium expeditioni in Egyptum inter *Cruciatos* interfuisse, qui *Ranulphus* de Glanvilla, Cestriae Comes, historicis commemoratur. Joh. Balaeus, in Catalogo Scriptorum Britanniae, secutus Joh. Lelandum, Fabritio auctores fuere, ut eundem esse crederet, Magnum Justiciarium, cujus Opus nobis describitur, & Cestriae Comitem, qui bella gessit in Egypto, & regnante Henrico III. ad annum usque 1230. vixisse traditur.

Secundus Fabritii error esse videtur, quod Ranulphum de Glanvilla Legum Scoticarum Libros XIII. condidisse tradit, editos inter Joh. Skenaei Leges Scotiae. Legum vero Anglorum libros silentio praeterit, quos tamen editos constat. Credimus unum idemque esse nostrum opus, quod Fabritius sub titulo Legum Scoticarum commemorat. Vide hunc in Bibliotheca medii aevi sub voce *Ranulphus* de Glanvilla, nec non alibi sub voce *Guilelmi* Scotiae Regis.

Titulus praemittitur in Codice nostro, qui sic habet:

"Incipit Tractatus de legibus & con-
"suetudinibus Regni Angliae tempore
"Henrici Regis . . . * compositus

 "Justi-

* NB. Hic unica vox deest.

"Jufticiae gubernacula tenente Illuftrif-
"fimo Viro Ranulpho de Glanvilla &
"Juris & Regni & antiquarum Con-
"fuetudinum eo tempore peritiffimo,
"& illas folas Leges continet fecundum
"quas placitatur in Curia Regis ad *Sca-*
"*carium*, & coram Jufticia ubicunque
"fuerint.

Obfervare opus eft, Tribunal *Scacarii*, quod *Exchequer*, Efchiquier, hodie dicitur, illo aevo, tempore nempe Henrici II. adminiftrandae inter Anglos Jufticiae poteftatem occupaffe integram, quum poftea orta fint reliqua Tribunalia, quae *Kings Bench*, *Common Pleas*, & *Cancellariae*, five *Count of Chancery* vocantur, ut varias Provincias Legum & caufarum fingulae obtineant. De quo vide HUME hiftory of England. Appendice, ad Regnum *Johannis fine Terra.*

Praefatio operis fic incipit:

"Regiam Majeftatem non folum armis
"contra Rebelles fibi Regnoque infur-
"gentes oportet effe decoratam, fed
"& Legibus ad fubditos & populos
"pacificos regendos decet effe orna-
"tam.

Speciminis gratia duo priora Capita Libri primi hic exhibere lubet.

1. " Placitorum aliud criminale, aliud
"civile.

"civile. Criminalium Placitorum aliud "pertinet ad coronam Regis, aliud ad "Vice-Comites Provinciarum; ad co"ronam Regis pertinent ista:

2. "Crimen quod in Legibus dicitur "crimen Lesae Majestatis & de morte "vel sedicione personae Regis vel Re"gni, vel exercitûs. Occultatio The"sauri fraudulosa; placitum de pace "Regis infracta, homicidium, incen"dium, roberia, raptus, crimen falsi, "& si quae sunt similia quę ultimo sci"licet puniuntur supplicio aut mem"brorum truncatione, excepto crimi"ne furti quod ad Vice-Comites per"tinet, & in Comitatibus placitatur & "terminatur. Ad Vice-Comites item "pertinet per defectum Dominorum "cognoscere de *melletis* *, de verbe"ribus, de plagis, & nisi accusator "adiciat, de pace domini Regis in"fracta.

Operi

NB. * Vox *melleta*, *mesleia*, exstat in CANGII Glossario medii aevi, deducta a voce gallica *meslee*, rixa, certamen.

Operi de Legibus Anglorum in nostro Codice subnexa sunt sequentia:

Brevis Chronologia s. Index Regum Anglorum a Guilelmo Conquestore, ad Joannem Regem; duas tantum paginas implet.

Transactio de Juribus Regni, inter Henricum III. & Barones Angliae, condita anno 1267. Implet paginas 6.

Hanc Transactionem non reperi inter Acta Rymeri; frustra sub hoc anno etiam evolvimus historicos Angliae veteres & recentiores. Nota sunt certamina & dissidia inter Regem Henricum III. & Proceres Regni, circa haec tempora demum composita. Haud ingratum erit Genti Anglorum si duas priores hujus Pacti paginas hic exhibeam; haud dubito, quin id historiae Gentis & Juris publici peritioribus jam sit notum. Quum tamen desit inter Acta Rymeri, inter rariora connumerari jure debet.

"Anno graciae M CC LXVII. Regni "autem Dni. Henrici Regis, filii Jo"hannis Regis, LII. in octava S. Mar"tini, providente ipso Domino Rege "ad Regni sui Anglie melioracionem "& exibicionem Justiciae, prout Re"galis officii utilitas exposcit, plenio-

"rem.

"rem. Convocatis ejusdem Regni tam "ex majoribus quam minoribus, pro- "visum est & statutum, ac concorditer "ordinatum, ut cum Regnum Angliae "multis tribulacionibus & dissensionum "incommodis nuper depressum refor- "macione Legum & Jurium quibus "pax & tranquillitas incolarum confer- "vetur indigeat, aliquod remedium sa- "lubre per ipsum Regem & fideles suos "oportuit adhiberi promissiones & or- "dinaciones & Statuta subscripta ab "omnibus Regni ipsius incolis tam ma- "joribus, quam minoribus firmiter ac "inviolabiliter temporibus perpetuis "observentur. Cum igitur tempore "perturbacionis nuper in Regno sub- "ortę & deinceps multi Magnates & "alii Justiciarii non dedignati fuerint "recipere per dominum Regem & cu- "riam ejus prout debuerunt & consue- "verunt temporibus Predecessorum "ipsius Domini Regis & in tempore "suo sibi & de vicinis suis & aliis per "se ipsos graves ultiones fecerint, & "graves districtiones * quousque re- "dem-

* *Districtio.* Vadium, pignus, multa. CANGII Glossarium medii aevi.

"demtionem reciperent ad voluntatem "suam & praeterea & quidam eorum se "justificari non permittant, per mini-"stros Domini Regis nec sustineant "quod per eos districtiones liberentur, "quas auctoritate propria fecerint ad "voluntatem suam, provisum est ac "concorditer concessum, quod tam "majores quam minores justitiam fa-"ciant & recipiant in Curia Domini "Regis & nullus de cetero ultiones vel "districtiones faciat per propriam vo-"luntatem suam absque consideratione "Curiae Domini Regis si forte damp-"num vel injuria sibi fiat unde emen-"das habere voluerit de vicino suo "sive majore sive minore.

"Super Articulo autem supradicto pro-"visum est & concessum, ut si quis de "cetero hujus ultionem capiat per vo-"luntatem suam propriam sine consi-"deratione Curiae Domini Regis & in-"de convincatur . . . puniatur per re-"demptionem & hic secundum quanti-"tatem delicti sui, & similiter, si super "vicinum suum faciat districtionem sine "consideratione Curiae Domini Regis "per

"per quod dampnum habeant eodem "modo & hoc ſecundum quantitatem "delicti ſui & nihilominus fiant emen-"dae plenae & ſufficientes eis qui da-"mnum ſuſtinuerunt per hujusmodi di-"ſtrictiones.

"Nullus inſuper majór vel minor di-"ſtringat aliquem ad veniendum ad cu-"riam ſuam qui non ſit de feodo ſuo "aut ſuper ipſum habeat jurisdictionem "per Hundredam * vel Balliam quae "ſua ſit nec diſtrictiones faciat extra "feodum ſuum ſeu locum ubi Balliam "habet ſeu jurisdictionem & qui con-"tra fecerit puniatur eodem modo & "hic ſecundum delicti quantitatem. Si "quis autem major vel minor permit-"tere nolit liberari per miniſtros Do-"mini Regis & ſecundum legem & con-"ſvetudinem Regni Angliae diſtrictio-"nes quas fecerit aut & ſi ſuſtinere no-"luerit executiones Judiciorum Curiae "Domini Regis fieri aut & ſuſtinere no-"luerit ſummonitiones attachiamenta "fieri

* *Hundreda* portio centeſima Comitatus, de qua vide CANGII Gloſſarium medii aevi.

"fieri ſecundum legem & conſvetudi-
"nem Regni puniatur modo ſupradi-
"cto & tanquam ſe juſtificari non per-
"mittente ſecundum delicti quantita-
"tem. Quod ſi quis autem major vel
"minor diſtrictiones faciat ſuper tenen-
"tem ſuum pro ſervitiis aut conſvetu-
"dinibus quas ſibi deberi dicat vel pro
"re altera unde ad Dominum feodi per-
"tineat facere diſtrictiones, & poſtea
"convincatur, quod tenens ejus eas
"non debeat ideo non puniatur Domi-
"nus per redemtionem ſicut in caſibus
"ſupradictis ſed permittat diſtrictiones
"liberari ſecundum legem & conſvetu-
"dinem Regni ſed amercietur * velut
"hactenus fieri conſveverit, & tenens
"damnum ſuum plene recuperet ver-
"ſus eum. Nullus de cetero ducere
"faciat diſtrictiones quas fecerit extra
"comitatum in qua fuerit & ſi vicinus
"hoc fecerit ſuper vicinum per volun-
"tatem ſuam & ſine judicio puniatur
"per redemptionem ut ſupra veluti de
"re contra pacem, ſi Dominus ſuper
"tenen-

* mulctetur, vide CA[illegible]GIUM.

"tenentem suum hoc facere praesum-
"serit castigetur propter gravem inju-
"riam.

"Districtiones insuper sint rationabiles
"& non rationabiles & si quis distric-
"tiones fecerit irrationabiles & indebi-
"tas graviter amercietur propter exces-
"sum districtionum ipsarum. Magna
"Carta in singulis suis articulis tenea-
"tur, tam in hiis quae ad Regem per-
"tinent quam ad alios, & haec Justi-
"tiariis in itineribus suis & vice Comi-
"tibus in Comitatibus suis cum opus
"fuerit demandetur, & brevia versus
"eos qui contravenerint gratis conce-
"dantur coram Rege vel coram Banco
"vel coram Justitiariis itinerantibus
"cum venerint ad partes illas. De hiis
"autem qui primogenitos suos heredes
"infra etatem existentes feofare * so-
"lent de hereditate ut per hoc amitte-
"rent Domini Feodorum custodias suas
"provisum est & concorditer conces-
"sum, ut occasione hujus feofamenti
"nullus Capitalis Dominus custodiam

* *feofare*, feudo aliquem investire. Vide CANGIUM.

"suam amittat. De hiis insuper qui de "terris suis quas tradere volunt ad ter-"minum annorum & ut domini feodo-"rum amittant custodias suas falsa con-"fingunt feofamenta continencia quod "eis satisfactum est de summa servicii "in illis contenti usque ad terminum "aliquem, quod post dictum termi-"num solvere teneantur hujusmodi feo-"fati summam aliquam valorem terra-"rum illarum multo excedentem ut sic "post terminum illum terra eorum re-"vertatur, ita quod eas nemo pro tan-"to tenere curaret, provisum est & "concessum ut per hujusmodi fraudem "nullus Capitalis Dominus amittat cu-"stodiam suam.

"Unipartim non licebit eis hujusmodi "feofatos sine judicio desseisire sed bre-"ve capiant de hujusmodi custodia sibi "reddenda & per testes in cartis de "hujusmodi feofamento contentos una "cum aliis libris & legalibus de pecu-"nia & per quantitatem valoris tene-"menti & per quantitatem summae "quae reddi debet post terminum prae-"dictum attingatur utrum hujusmodi

"feofa-

"feofamentum bona fide fit factum vel "in fraude ad auferendam Capitalibus "Dominis custodiam suam. Si tamen "Capitales Domini per Judicem Curiae "recuperent in his casibus custodiam "suam salva sit nichilominus hujusmo-"di feofatis accusatio sua, quoad ter-"minum seu feodum suum recuperan-"dum cum heres ad legitimam aeta-"tem pervenerit. Quod si aliqui Ca-"pitales Domini feofatos aliquos mali-"tiose implacitaverint * fingentes istum "casum ubi feofamenta legitima & bo-"na fide facta fuerint tunc adjudicen-"tur feofatis dampna sua & mise sue "quas fecerint occasione supradicti pla-"citi & ipsi actores propter injuriam "graviter puniantur.

* *implacitare*, in jus vocare. Vide DU CANGE.

Reliqua hujus Statuti fere omnia pertinere videntur ad Jus Feodale Angliae, & Jura Vassallorum, quod mirum non est, quum constet, testibus omnibus Angliae historicis, hoc ipso anno 1267. Bellum civile inter Regem Henricum III. & Barones Angliae, duce Simone a Montfort tandem compositum fuisse. Vide MATHIAM PARIS Continuatorem, & MATHIAM Westmonasteriensem, item ECHARD, *history of England*, sub hoc anno.

Sequitur nostro Codice aliud Instrumentum, quod itidem in Rymeri Actis frustra quaesivimus, hoc titulo:

Hic incipiunt Leges Marchiarum inter Scotiam & Angliam.

Tres tantum ejus paginae, vel folium cum dimidio superant, ceteris ex Codice nostro avulsis. Sic vero Instrumentum hoc incipit:

"Anno Gratiae millesimo ducentesimo "quadragesimo nono ad festum Sancto-"rum Tiburcii & Valeriani convene-"runt ad Marchiam Vicecomes Nor-"thumbriae ex parte Domini Regis An-"gliae & Vicecomitis de Berewic & de "Edinburg & de Rokisburg ex parte "Domini Regis Scociae ad recognos-"cendum leges & consuetudines Mar-"chiae per duodecim milites Angliae & "duodecim Scociae. Isti sunt de Vi-"cecomitatu Berewic: Dominus Ala-"nus de Harecarris Senescallus Domini "Comitis de Dunbar, Ranulphus de "Boneka Dominus W. de Morthing-"ton, Dominus Robertus de Berne-"ham Major de Berewic, Dominus "Ad. de Morham Henricus filius Wald. "Robertus de Duelm; Item de Vice-

"comitatu

"comitatu de Edinburg Dominus Hen-
"ricus de Brade Dominus Ricardus de
"Haukeriſton. Dominus Aymerus de
"Aynelleg. Robertus de Walwehope.
"Alanus de Neubigging. Juratores An-
"gliae, ſunt hii. Dominus Rogerus filius
"Radulphi; Dominus Robertus de Clif-
"ford. R. Malemfaute. Rob. de Hulle-
"ceſtre. Will. Turberuil. Will de
"Sccemeriſton. Rob. de Herdelbeyton.
"Rob. de Glenton. Sampſon de Cou-
"peland. Patricius de Goſewic. Hen-
"ricus filius Godefridi.

"Omnes iſti iurati dixerunt in ſimul,
"quod ſi aliquis malefactorum manens
"in Scocia hominem vel feram ſive feu-
"datus fuerit ſive non aliquis per robe-
"riam malefecerit infra regnum Angliae
"vel per furtum vel per homicidium
"vel aliquo alio modo unde duellum
"poſſet oriri ille malefactor non reſpon-
"debit niſi ad marchiam infra regnum
"Scociae. Et ſi ille malefactor eſt ma-
"nens inter Dedey & mare reſponde-
"bit apud Hamisford. Si aſcendendo
"ſupra Deday eſt manens reſpondebit
"ad Revedenbornes & Reclisdale &

 "Kokis-

"Kokisdale debent respondere apud "Kennispeth. Vicecomitatus Carlelo-"lensis & de Dunfres debent responde-"re apud Sulelvat, secundum leges & "consuetudines hactenus inter duo re-"gna usitatas ibidem.

Sequuntur

Brevia Originalia de Cancellaria. Folia 23.

Quid fuerint Brevia, vide apud CANGIUM Glossar. med. aev. Haec, quae in nostro Codice apparent, formulas tantum ad omnes casus civiles exhibent; forsitan collectas ab eodem Ranulpho de Glanvilla.

Sequuntur, quae titulus sequens exhibet:

„Incipiunt Leges Scociae, & primum „de Caballo furato, & calumniato, & „calumniatoribus & calumniatis, de „Warantis, & diversis locis ubi ca-„lumpniatores & calumpniatus & Wa-„ranti debent convenire &c. folia duo.

Sequuntur

Consuetudines quatuor Burgorum Edinburg, Rokisburg, Berewik, Strivelin, constitute per dominum Regem Scotorum. Duo folia adsunt, reliqua periere.

Codex

Num.	G.	Secul.
71. fol.	Codex partim membran. partim chartac.	XV.

Joannis de Gadeſtein Tractatus de morbis, vulgatus ſub titulo *Roſae.*

De hoc vide Alb. Fabritii Bibl. medii aevi. Autor iſte vixit circa annum 1320.

H.

700. 12. Codex chartac.

Blaſii Hollerii Praxis medica.

Hoc opus typis editum exſtat Tiguri 1565.

L.

A. 78. minori forma.
Codex membran. XV.

Raimundi Lulli lapidarium.

Inter titulos vel capita hujus libelli alchymici, ſequens occurrit:

Compoſitio lapidis diamantis.

Sequitur:

Compoſitio lapidis qui vocatur Balais.

Agit iſte libellus de compoſitione lapidum pretioſorum.

Ejusdem varia de transmutatione metallorum ex lapide philoſophorum;

Occurrit titulus ſequens:

„Iſta quę ſequuntur ſunt extracta ex

 „tertio

„tertio libro quintę Essentię Raymundi Lulii qui dicitur Tertia distinctio „totius libri quintę essentię & tractatûs „de cura metallorum & compositione „lapidis philosophorum.

Valeant haec omnia, & ad Alchymiae sacra mysteria referantur; nos recolamus versum elegantissimi Alex. POPE:

„The starving Chymist in his Golden viewos
„Supremely blest, thet Poet in his Muse.

B. 44. 4to. Codex chartac. XV.

Raymundi Lulli & aliorum varia alchymica, & arbor Philosophiae.

Variorum hic occurrunt excerpta, veluti *Magistri Albertl Magni*, *Arnoldi de Villa nova*, *Compostellae*, *Bonaventurae*.

244. fol. Codex chartac. olim Monasterii Thorberg prope Bernam. XV.

Raymundi Lulli liber de Philosophia amoris scriptus Parisiis, ut fert inscriptio, anno 1298.

Ejusdem liber de centum Signis, scriptus, vel compositus in civitate Pisana, anno 1308.

Utrumque

Utrumque opus Lulli recensetur in capite Editionis Moguntinae anno 1722. folio. quae tamen partem tantum Raymundi operum praestitit.

Ars Rhetorica Anonimi scripta anno 1467.

Pii II. Pontificis Oratio pro decernendo Bello in Turcas.

M. T. Ciceronis de Officiis libri III.

Epistolarum Specimina, anonymi.

Baptistae Guarini Veronensis, de arte discendi libellus.

430. 4to. Codex membranaceus. XIV.

Foliorum 44. Nullus titulus operis, nec nomen autoris praemittitur; sed in pagina 2. occurrit. Est enim *Rasis*. Deest etiam finis.

In apice primae paginae haec leguntur:

Iste liber est Magistri Salomonis;

Secundâ paginâ autor libri hunc titulum:

Pantegnem i. e. *Artem medicinae universalem*

profert. Opera se usum ait Hypocratis, Galeni, Alexandri, Pauli, Auribasii; ex rubricis, quae in summis paginis extant, patet in libros X. divisum esse opus.

Num. I. Secûli

Priori folio haec leguntur:

„Revolvi etiam Ypocratem in hac arte „maximum, revolvi etiam Galenum, „& de novis Alexandrum, Paulum „quoque & Auribasium. Sed Ypocra„tem in aphorismis gloriosissimum & „aliis & hujus artis tractatorem preci„puum, solum imitari nolui, qui adeo „obscurus atque brevis extitit, ut mul„tos jam ab hac utilitate repulerit. Ga„lenus de rebus singulis singula volu„mina fecit. Verborum tractatione & „cavillosa diversarum questionum ar„gumentatione CLX. fecit volumina „&c.

Pagina secunda traditur autoris nomen his verbis:

„Nomen autoris utile est scitu, ut ma„jor auctoritas libro habeatur. Est er„go *Racis* auctor, qui ex multorum li„bris coadunatur. Liber igitur iste to„tus in duas partes dividitur. Prima „continet rerum scientiam naturalium „& earum quae extra naturam sunt. „Haec autem pars appellatur theorica. „Secunda pars continet scientiam cus„todiendi sanos & sanandi egros cum

„dieta

„dieta & potione & chirurgia, quae „vocatur practica. Theorica X. ha„bet particulas, quarum prima X. ha„bet Capitulas. Secunda XVI. & ana„thomiam compositorum membro„rum, & juvamentum ipsorum. Ter„cia XXXV. & anathomiam compo„sitorum & juvamentum ipsorum. „Quarta XX. quae continet scientiam „virtutum aetern. & spirituum.

Operis dimidia tantum pars, nempe theoretica, in hoc Codice extat, quae nempe X. particulis sive libris absolvitur. Divisio Operis exhibetur sequentibus, quae statim illis verbis supposita sunt.

Opus illud Rhasis, quod sub *Elchavi*, vel continentis nomine editum fuit Venetiis 1509. idem esse cum nostro, affirmare non licet, cum non sit ad manus exemplar editum.

429. 4to. Codex membran. continens varia, XIV.

1. *Comenta Halii (sic fert titulus) super tegnem Galieni.*

Mutilus est in fine iste Commentarius, his vero incipit verbis:

„Intendimus edere Sermonem expo„nentem illud, quod clausum est de „Ser-

„Sermone Galieni in libro ſuo qui no-
„minatur *ars parva.*

Editus eſt iſte Commentarius cum Joannitii Commentario in eandem Galeni artem Venet. 1496. Autor *Haly Rodoan*, ut Fabritio nuncupatur. Bibl. graecae Tom. XIII. vel Haly Ben Rodan, Arabs. Galeni verbis vel ſingulis paragraphis, in noſtro Codice praemittitur nota litterae G. quibus ſubjungitur Commentarius, praemiſſa littera H. Ultima vero Galeni in noſtro Codice haec ſunt:

„Potus autem eis (ſenibus & invaleſ-
„centibus) rectior eſt vinum equale
„antiquum & novum & quando aſpi-
„cis ipſum vides ipſum clarum, luci-
„dum & color ejus aut altus aut de-
„clivis ad rubedinem &c.

Mutilus eſt Codex, & finis deeſt. Sequitur eodem vol. ſed ſcriptura diverſa & paulum recentiori; Opuſculum hoc titulo:

Commentum Salerni ſuper tabulas.

Dein haec leguntur:

Prima columna prima tabula de purgantibus ſanguinem;

In fine adſcriptum:

„*Explicit commentum M. Salerni ſuper tabulas ſuas.* Hoc octo foliis abſolvitur.

Sequitur:

Sequitur :

Libellus Magistri Rogeri de Phlebotomia.

Mutilus iste nec plura nisi duo folia habet.

Sequitur :

Tabulae quaedam medicae, anonymi. foliis XV.

Sequitur aliud opusculum medicum, cui titulus :

Summa M. W. de Congis.

Idem forsan cum *Wilhelmo de Conchis* qui Bibl. medii aevi lit. III. pag. 1144. cujus Scripta philosophica prodiere variis locis, e. g. inter opera Bedae Tom. III sub tit. 4. *librorum de elementis.* Absolvitur hoc opusculum foliis XIII.

Sequitur

Liber de lapidibus & metallis.

Absolvitur foliis XXIII. quibus Codex iste desinit. In fine adscriptum :

Explicit liber mineralium G.

Initium operis tale est :

„*de commixtione & coagulacione &*
„*similiter aut congelacione & liquefa-*
„*ctione* & ceteris hujusmodi passioni-
„bus in libro *Mothorum* jam dictum
„est. In quibus autem isti effectus
„prius apparent *apud* res naturae, la-
„pidum

„pidum genera sunt & metalla & ea
„quae media sunt inter haec, sunt
„marcharidae, alumen &c.

Multa habet de lapidibus pretiosis, quos ordine alphabetico exhibet. Unde haec tantum decerpere lubet:

„Carbunculus qui graece *antrax* &
„nonnullis *rubinus* vocatur lapis per-
„ludissimus (pellucidissimus) & rubi-
„cundissimus & solidissimus habens se
„ad alios lapides sicut aurum vel alia
„metalla; hic solum omnium lapidum
„virtutes habere dicitur sicut & nupe-
„rius dixi. Specialis tamen ejus effe-
„ctus est venenum aëreum & vapores
„fugare & quando vere bonus est lu-
„cet in tenebris sicut carbo & talem
„jam ego vidi, quando autem minus
„bonus est & tamen verus, emicat in
„tenebris superfusa aqua clara ac lim-
„pida in vase nigro permundo polito.
„Qui autem neutro modo lucet in te-
„nebris hic non habet nobilitatem per-
„fectam. Secundum autem Plinium
„invenitur in Libia & habet plures dif-
„ferentias ut ait Evax, qui dicit eum
„habere XI. species. Tamen Aristo-
„teles

„teles (ut *Constantinus restituit*) dicit
„eum habere tres species quas supra
„narravimus, sc. balagium & grana-
„tum & rubinum; & quod multi mi-
„rantur, dicit, in eis granatum pre-
„cellere, qui tamen minoris coloris
„apud gemmarios estimatur, omnes
„autem species dicit esse calidas & sic-
„cas aut plus aut minus.

Ultimus paragraphus de metallis, quo & opus clauditur, hic est:

„Multi & antiquorum non minus in-
„ter media s. inter metalla posuerunt
„electrum quod Arabes *Thuithar* vo-
„cant. Quidam autem ipsum *capil-
„lum* auri vocaverunt. Habet autem
„colorem mixtum ex auro & argento,
„& ideo & duo genera sunt hujus me-
„talli; est enim artificiale, quod ex ar-
„gento & auro simul mixtum confe-
„ctum est. Aliud autem est minerale
„& naturale, quod Antiqui omni me-
„tallo melius esse dixerunt. Nescio
„quare, nisi quia hunc effectum tri-
„buunt, quod stridorem emittit vas
„effectum de tali electro quando ve-
„nenum est immixtum in potu quan-
„do

„do in vas mittitur ſicut ſtridet vitrum,
„quando infunditur ſibi acetum. Cum
„autem colorem habet argenti & auri
„mixtum procul dubio & proprieta-
„tem habet utriusque & naturam. De
„mixtis igitur homogeniis & non
„complexionatis nec animatis ſecun-
„dum hunc modum dictum ſit.

873. 4to. Codex membranaceus. XIII.

Primo folio haec adſcripta, a manu quae ſeculum XV praefert:

Barbato doctori pertinet, emptum in Berno pr. 11 floren.

In titulo haec leguntur:

„Iſtud volumen continet de Urinis &
„. . . librum de febribus & . . . pra-
„cticum Conſtantini ſiv. viaticum ejus.

Primus vero tractatus codicis eſt:

Tractatus de Urinis, autoris Iſaac. filii Salomonis, à Conſtantino Africano, ſ. Caſinenſi in latinam linguam translatus; uti patet ex praefatione libri, ubi haec leguntur:

„In latinis quidem libris nullum au-
„ctorem invenire potui qui de Urinis
„certam

„certam & autenticam cognicionem
„tradet, unde ad hebraicam seu ara-
„bicam linguam me diverti in qua
„quendam in hujusmodi notitia admi-
„randum repperi & valde utilem quem
„ego Constantinus Affricanus montis
„Cassianensis monachus latinę lingue
„transferendum destinavi dare. - - -
„Fecit autem in hebraica s. in harabi-
„ca lingua filius Salomonis Ysaac &
„eum divisit in X. capitula &c.

De Constantino Afro, celebri circa exitum Seculi XI. Philosopho & Medico vide Fabritii Bibl. graecae Tom. XIII. ubi etiam de Ysaac filio Salomonis, quem aliqui Seculo VII. alii X. alii demum XI. vixisse dicunt.

Absolvitur tractatus iste de Urinis, foliis 32. Huic subjungitur, sicut fert titulus:

Liber febrium Isaac translatus a Constantino Montis *Cassianensis Monacho de arabico in latinum.* Implet folia 66. quibus Codex noster clauditur.

Opus divisum est in libros V. Excerpamus caput unicum ex ultimo libro de causa variolarum, quod sic habet:

„Causa variolarum omnibus pluribus-
„ve nascentium materia est in compo-
„sitione fetus in vulva & in matrice

„existenti ; quam natura in quibusdam
„locis clausit a principalibus membris
„remotis cutique vicinantibus propter
„debilitatem membrorum fetus, qua-
„litatem materię non sustinentium q;
„cum movetur propter aliq; extero-
„rum sicut *pressionis* aut corruptum
„aërem à suo loco egreditur tum na-
„tura repugnans expellit eam ad cu-
„tem quia sibi vicina est hac de causa
„fiunt variolę nec ullus permanet quin
„eas habeat, & habere debeat *& ho.*
„*s. loco sit quam* si mulier aliqua ha-
„beat bonum & subtile nutrimentum
„non (oportet) quod puer ejus vario-
„las habeat unde multum valet ad bo-
„num fetum acquirendum nutrimen-
„tum bonum & subtile, quia earum
„materia fit in conceptione fetus. Sed
„plurimę adolescentulis & pueris fiunt
„rare juvenibus vel senibus, decrepi-
„tis vero nunquam. Impossibile enim
„est in corpore illam materiam usq;
„in etatem decrepitam manere prop-
„ter mutationem etatis, temporis,
„exercitiorum cibationum & cetera-
„rum diversitatum *quare* natura eam
„*sibi*

„ *sibi* assuefecit unde non movet illam
„nisi cum ipsa per se movetur. Ideo-
„que adolescentuli & pueri plurimum
„paciuntur quia sunt gulosi, & cibos
„inordinate sumunt, neque cavent
„aëra neque alia quae accidunt illis.
„Etiam caloris & humoris complexio
„dominatur quae est putredini fami-
„liaris & conveniens. Signa variola-
„rum nondum apparentium haec sunt:
„Dolor capitis in initio febris, rubor
„& tumor faciei, turbulentia oculo-
„rum & lacrime, capitis gravitas to-
„ciusque corporis, paedor in nari-
„bus, sternutatio, pectoris asperitas,
„vocis raucitas, punctio in corpore
„quasi ex acubus infixis, quia materia
„volens egredi, cutem & carnem se-
„parat, ut facilius exeat. Sed pluri-
„mum in tercio die egreditur & al-
„vum in primo vel secundo festinat
„propter magnitudinem caloris febris.
„Sed variolae quatuor modis sunt aut
„de puro sanguine aut flegmatico, aut
„colerico aut melancolico; si de puro
„sanguine fiunt, sunt rubrae superius
„acute & quando vides ita signa, de-

„bes dicere, iſte puer cito evadet, &
„ſunt etiam inferius latae. Cito mu-
„tuantur & in ſaniem convertuntur.
„Sunt quoque ſalubres quia materia
„earum eſt ſanguis, qui ſanguis eſt
„amicus naturae & digeſtioni *obſtans*
„*quae calida & humida eſt.* Si fue-
„runt colericae, ſunt roſae *citroniati*
„pertinentes parvae, rotundae, capita
„earum acuta & quaſi acus pungentia
„propter acumen materiae earum pro-
„inde ſigna earum ſunt ad timorem
„& ſalutem dubia; quod ſi laudabilia
„ſigna ſunt eam concomitantia ſicut
„coctio digeſtionis in urina in die cri-
„tica apparens & febris atque ſitis mi-
„tigentur & variolae aperiantur & ab
„eis humiditas defluat, bonum nun-
„ciatur, contrariè contraria ſignificant.
„Si ſunt flegmaticę, ſunt albę latę le-
„nes duręque ad digerendum, vel in-
„digeſtibiles, quarum materia ſub cu-
„te putreſcat nimius ſub cute *paedor*
„generatur, maxime ſi flegmatica ſal-
„ſa fuerint, quae cum prurire recepe-
„rint, diſcoriantur, & fluit ab eis pu-
„tredo ęruginoſa quae nunçiat mor-
„tem

„tem maximè, si urina cruda fuerit.
„Melancolicę in inicio sunt lividę po-
„stea *venete* vel cinericie deinde nigrę
„in quibus non adimatur humiditas.
„Sunt enim purę & durę quasi nigrę
„acutę, unde sunt pessimę quia nul-
„lam habent qualitatem, qua maturari
„aut humorem recipere valeant ideo-
„que siccantur & *finduntur*, unde ge-
„neratur syncopis & alienatio & de-
„fectio, quibus apparentibus nuncian-
„da est mors. Sufficit quod disputa-
„vimus de variolis.

R. Isaac Israelita, teste scriptore Scholschaleth., quem citat Wolfius Bibl. hebr. Tom. I. pag. 656. vixit centum annos & amplius obiitque A. C. 940. Prodiere ejus Opera ex arabico versa latinè Basil. 1570. & Antwerp. 1607. 8vo. Opus Isaaci de febribus, Constantino Casinensi interprete, prodiit in Opere Veneto de febribus 1576. fol. Fabritii Bibl. graec. Tom. XIII. pag. 125.

A. 28. fol. Codex chartac. XVI.

Cui titulus hic inscribitur folio 6.

Practica Doctoris Thomae Cartusiensis boni Lapidis circa Urach & vocitatur vade mecum a Doctore Stocker congestum.

Praemittuntur huic titulo folia 5, cum dimidio, sive paginae 11. quarum prima continet divisiones ponderum medicorum cum signis, quae in usu sunt; has divisiones a hodiernis paullum diversas, haud inutiles futuras iis, qui Codices medicos tractant, hic exhibemus.

„Aureus est ʒ (drachma) in medici-
„nis vel .... Granum gr̃. XX gra-
„na faciunt ℈ scrup. Scrupulus ℈ tres
„scrupuli faciunt dragmam, Dragma ʒ.
„octo dragmae faciunt untiam, Un-
„ciae ℥. octo untie-faciunt lib. semis.
„Sedecim uncie faciunt unam libram.
(contra quam nunc medici, quibus libra est XII. unciarum) „Libra est pondus 16 ℥.
„vel libra est ʒ 128 Manipulus ⁂.
„Zinziber ʒʒ.
„Scrupulus est pondus tertię partis
„dragmae vel pondus duorum dena-
„riorum.
„Dragma est nona pars uncię secun-
„dum Antiquos, sed secundum moder-
„nos est octava pars unciae, tribus con-
„stans scrupulis. Unciae secundum
„Ysidorum est pondus octo dragma-
„rum vel 24 scrupulorum. Grana
„frumenti octo sunt pondus unius de-
„narii,

„narii, secundum magistros hoc .
„Denarius argenti, secundum Ysido-
„rum est ʒ sive octava pars untiae,
„sed secundum Magistros Bononien-
„ses est pondus octo Granorum fru-
„menti.

Reliquae, quae titulum praecedunt, paginae, continent varias remediorum vel medicamentorum compositiones, & tabulam totius Operis.

Totum Opus varios morbos, cum medicaminibus eorum exhibet. Citantur saepe inventores medicamentorum; inter quos occurrunt: *Doctor Hermannus*, *Doctor G. de Sindelfingen*, *Barthol. de Montoguana.*

Definit in folio 209. f. pagina 418. ubi scriptum: τελος.

Subjuncta sunt usque ad fol. 252. multa a variis congesta, germanice & latine, inter quae legitur:

„Cura pustulosa mihi data *Verariae* ab
„eximio Doctore Antonio Musa. Bra-
„savola anno Dni. 1533.

A fol, 224. ad 234. Vocabularium herbarum nomina latine & germanice exhibens.

Fol, 235. judicium leprae & examen.

Num.	M.	Seculi
195. fol.	Codex membran.	XIV.

Hoc Codice continentur sequentia :

Liber Isagogarum Johannicii ad Tegnem (Artem) Galeni, foliorum 12. & dimidii, quorum 3 priora cum dimidio ea continent quae in edito Johannitii opusculo habentur; reliqua folia Commentarium exhibent diversum ab illo qui Cod. A. 52. extat; in eandem Galeni artem.

Sequitur a folio 13. ad 18.

Theophili liber urinarum; incipiens sic;

„De urinarum doctrina negocium mul-
„ti veterum medicorum aggressi sunt
„scribere. Quorum primus omnium
„Ypocras chous cujus libris insuevi-
„mus &c. A folio 16. ad 17. implet
„folia tria.

Sequitur:

Libellus de pulsibus, sine nomine autoris; non ultra folium cum dimidio.

Sequitur

Liber aphorismorum Hippocratis à folio 17. ad 24. Sequitur a folio 25. ad 50.

Practica Magistri Rogeri.

Sequitur a fol. 53. ad 67.

Tabula Magistri Salerni cum Commentario; incipiens sic;

„Ego

„Ego Salernus Salerni civitatis equivo-
„cus Theoricam & practicam ſigillatus
„deſignare & archanam phiſice carita-
„tem in hoc tabularum elogio brevi-
„ter & ſuccincte rogatus a ſociis non
„recuſat nec invidet.

Subjunctum eſt Gloſſarium vocum medicarum ex graeco derivatarum a folio 68. ad 74.

Sequitur a folio 79. ad 81.

Conſtantini liber de natura humana.

Sequitur a folio 81. ad 82.

Ejusdem liber de animalibus.

In fine haec leguntur:

Explicit liber animalium Magiſtri Conſtantini Affricani, montis Caſinenſis Monachi.

Subjunctus eſt fol. 83. index quorundam medicamentorum, quae ſibi invicem ſubſtitui poſſunt. Veluti

„Pro acatia ſuccus Plantaginis. Pro
„acauti ſemine, ſemen lini. Pro aſ-
„palto, pix liquida vel ſemen urtice;
„Pro apii ſemine ſemen rape.
„Pro bolo ſemen plantaginis.
„Pro Caſſia liquida Cinnamum du-
„plum &c.

Additum in fine:

Explicit quid pro quo. Unde natum proverbium.

Omnia haec Seculo XIV. fcripta.

A. 51. Codex membranaceus foliorum 24. Seculi vel ineuntis X. XI.

Lexici medici fragmentum, fine titulo, incipiens a voce *Antidotum, Aurea Alexandrina*, & desinens in voce *Mitridatum magnum*. Hoc a Nicolao Alexandrino, vulgo Myrepfo, cujus Dunameron, graece, MSC. extat, & latine, fub titulo: *de compofitione medicamentorum* circumfertur, diverfum effe patet ex aetate codicis, quum ille Nicolaus Myrepfus Seculo XIII. vixiffe dicatur. Ut vero de noftro autore conjectura fieri, vel ex collatis aliis fcriptis, quae nobis ignota funt, conftare poffit, exhibemus hic fpecimina tria, primum quidem defcriptum ex initio codicis, quod fic habet:

„Antidotum, Aurea Alexandrina faciens ad reuma capitis, cujus dolorem fedat, — oculorum lacrymas ftringit; dentium dolorem aufert, non folum bibita, fed etiam fupra pofita; momentanee epilepfie fubvenit; maniam compefcit, & omnibus cephalicis caufis prodeft; tuffientibus, tyficis, fufpiriofis, cardiacis, fanguinem vomentibus per anagogen (*fupra fcriptum, vomitum*) vel per diabrofin

„brosin (supra scriptum, e. *resudatio*)
„mirabiliter auxiliatur. Facit etiam
„paraliticis & ad omnem lateris & re-
„num dolorem, lapides frangit, stran-
„guriam & dissuriam dissolvit, ab om-
„nibusq; viciis matricem absolvit, cot-
„tadianam, tercianam, quartanam an-
„te horam accessionis sumpta ampu-
„tat. Qui hujus antidoti potu usus
„fuerit, nec ab apoplexia, neque coli
„dolore temptabitur. ℞. *Asari*, *Car-
„pobalsami*, *Jusquiami*; *omnium trium
„dragma quadragena quina. Gariofoli
„(Cariophylli) mirre*, *opii*, *cypi* (*cype-
„ri*) omnium quatuor dragma tricena
„sena. *Balsami cinnamomi*; *folii Ze-
„doarii*; *Zinziberis*; *Costi*; *Coralli*,
„*gne cassii*; *euforbis*; *dragaganti*; *tu-
„ris*; Storaciri, calamite, (Hyrax) ca-
„lamita) forsan *Susuri*; *Saliuneac*, *meu*;
„*cardamonis*, *Siseloi*; *napti* (supra scri-
„ptum Sinapi); *Saxifrage*, *aneti*, *ani-
„se*; omnium XIX dragmas decenas
„octenas. Ligni Aloes, reu, (pro
„Rheon, Rhebarbara) *alipte*, *castorei*,
„*spice galange*, *opopanaci anacardi*,
„*masticis*, sulphuris . . . . iringi (su-
„pra

„pra scriptum tribuli) rosarum, *thy-*
„*mi*, *acori*, *pulegii*, *aristologie longe*,
„*gentiani*, *mandragore corticis*, *came-*
„*drei*, *fu*, *baccarum laurii*, *ausei*, *da-*
„*nei*, *melano piperis*, *leuco piperis*,
„*Xilobalsami*, *petroselini*, *livistici se-*
„*minis*, *& rute* . . . . amoni, om-
„nium triginta trium ʒ novenas : *auri*
„*cocti*; *argenti meri*; *albarum marga-*
„*ritarum*; *blacte bisantie*; *ossis de cor*
„*cervi*; omnium quinque ʒ quater-
„nas . . . . *calami aromatici*; pira-
„tri; omnium trium uncias binas &
„semis, *mellis*, quod sufficit, datur in
„modum avellane, febrientibus cum
„tepida, non febrientibus cum frigida.

Aliud.

„*David Regis potio* multorum sapien-
„tia & medicorum consilio inventa;
„est autem probatissima & admirabilis
„ad multas infirmitates, facit mania-
„cis melancolicis epilepticis, qui spu-
„mant & dentibus strident, emoptoi-
„cis, tisicis, peripleumonicis auxilia-
„tur, iliosis tanta cum celeritate sub-
„venit, ut una potione sanet. Viro-
„rum

„rum & mulierum ventositatem expel-
„lit, nefreticis & sciaticis naturaliter
„subvenit, *calculos* frangit, menstruis
„imperat &c.

Alia.

„Diatrion Regis Herodis, utilius Dia-
„trion Galieni, quod facit ad frigidi-
„tatem & dolorem stomachi, digestio-
„nem procurat &c.

„Diaspasmation *Maurentii*, quod fa-
„cit ad gravedinem & vertiginem ca-
„pitis, faucium dolorem.

„*Diapente*, quod facit asmaticis, tus-
„sientibus, & ad omnes causas pecto-
„ris & pulmonis. ℞. *Storacis* opti-
„me, Mirre, Dragg. (Dragagantii)
„Galganii, Opii, omnium quinque ℥
„senas. Balsami, aut Olei Nardini,
„quantum sufficit, datur in modum
„avellane.

428. 4to. Codex membran. XIII.

Albohali liber de regimine sanitatis;
incipiens sic:
„Capitis cutis conservabitur, si eam
„balneare debueris primum cum mel-
„le

„le inunxeris. Ipſam enim mundifi-„cat & a ſcabie & ulceratione preſer-„vat. Diviſus eſt per capita, quorum „2. de cerebro, tertium de oculis &c.

Caput, cui titulus: *quomodo abſtinendum eſt à coitu?* habet ſequentia:

„Diligenter obſervandum eſt, ne quis „coeat niſi ſtomacho à cibo atque po-„tu exhonerato. Quoniam ſi hiis gra-„vatus & vino fuerit plenus, & coitu „quis utatur, generatur inde *tortura* „faciei, & podagra & diſtillacio in „ipſo vigoratur, & ſtomachus nutri-„menta ceteris membris denegare niti-„tur; poſt effuſionem vero ſeminis „non ſubito deſuper eam deſcendas, „ſed ſuaviter una cum ipſa verſus par-„tem declina dexteram. In quibus-„dam enim inveni libris, quod ſic de-„beant maſculi generari, quod ſolus „novit Deus &c.

f. Tredecim prioribus codicis foliis hoc opuſculum abſolvitur, cui in fine haec adſcripta ſunt:

„Completus eſt tractatus de regimine „ſanitatis *Albohali evenzoay* ad hono-

„rem

„rem Dei & B. Virg. Matris ejus de „interpretatione *Pſachi* de arabico in „latinum A°. Dni MCCXIX.

Hunc autorem apud Fabritium, qui Tomo XIII. Bibl. Graecae omnes Arabas medicos recenſuit, uon reperi.

Huic ſtatim ſubjungitur titulus ſequens:

„Explicit tractatus de regimine ſani„tatis, *Incipit flos florum experimen„torum Theſauri pauperum* & primò „contra caſum capillorum, ſi capilli „capitis cadunt, fac lixivium de cine„re f calidi & lava caput. Item avel„lane trite cum auxia urſi, capillos ad„vulſos reſtituunt.

Aliud Caput *de dentibus & gingivis* haec habet:

„Si laveris os ſemel in menſe cum vi„no decoctionis, ſanat dolorem den„tium. Item ſemen juſquiami, pone „ſuper carbones, & fumum per *ebo„tum* recipe in dente, vermem occi„dit, & dolorem ſanat. Item quae„dam herba forata ad modum den„tium, quae dicitur dens caninius, „appoſita denti, dolorem tollit. Item

„contra

„contra fortem dolorem, coque vio-
„las in vino, & tene in ore. Item:
„Acetum, in quo radix *jusquiami* bul-
„lierit, dolorem tollit, si in os lava-
„tur, & diu teneatur. Item imple
„cavum dentem de gummi hujus mo-
„di, dolorem tollit. It. Radix Jus-
„quiami, igni fortiter artefacta si ap-
„plices denti dolenti & radicibus ejus
„cito cadet, per se; cave tamen, ne
„aliquos tangas, quia caderent. It.
„Nasturcium ponatur in ore illius par-
„tis in qua dens dolorem tollit. It.
„Ysopus bulliatur in aceto, & inde
„fomitetur dens dolens, dolorem tol-
„lit. It. Cerebrum perdicis cavo den-
„ti immissum, ipsum rumpit, & do-
„lorem tollit. It. *Rupta* cocta in vi-
„no, & super dolorem dentis, est ca-
„taplasmata siccanda, dolorem tollit.

Aliud Caput: *ad fatigationem in via.*

„Si quis iter faciundo secum portave-
„rit Arthemesiam, non sentit dolorem.
„It. Arthemesiae radicem da vespere
„illi bibere, qui labore viae fatigatus
„fuerit, & statim ita recedet fatigatio,
„ut

„ut vix aliquis posset credere eam ha-
„bere tantam virtutem.

A recentiore manu nomen autoris Joannis de Tarentesia, additum huic opusculo, quod septem tantum foliis constat.

In fine adscriptum est:

„Iste liber est de communi libraria
„fratris B. Ludovici de Pissiaco Ord.
„Predic.

A. 51. b. Codex membran. XII.

Fragmentum operis medici, quod de virtutibus plantarum agit: intermixtis etiam remediis; nec titulum, nec autorem praefert.

Primus hujus fragmenti titulus hic est:

„*Sal Sacerdotale*, quo utebantur Sacer-
„dotes in diebus Helie prophete pro-
„pter dolores capitis & dolores den-
„tium, & caliginem oculorum.
„Fleuma capitis & stomachi amputat,
„tussin & anhelitum emendat, os odo-
„ratum reddit, corpusque incolume
„conservat.

Inter descriptiones plantarum, quae in ultimo codice occurrunt, hanc exhibemus:

 „Borraco

„Borraco calida eſt & humida in pri-
„mo genere, proprietatem habet ge-
„nerandi laetitiam, ſi in vino miſſa
„potui datur & cor confortat. Proin-
„de Antiqui miſcebant eam medicinis
„cardiacis, valentibus paſſioni. Quae
„& cocta cum aqua & melle aut Zaca-
„ra potui data, canales pulmonis &
„gutturis optime purgat & mendat.

L. 52. 4to. Codex membran. XIII.

Quo continentur ſequentia, medici argu-
menti:

*Johannicii Johannis Alexandrini diſci-
puli Commentarius in Galeni artem
parvam.*

Hunc jam breviter attigimus in parte priori Catalogi, ſub titulo *Galeni*, nunc de eo plura, tum, quia a recentiore interprete quaedam inſerta eſſe conſtat, citat enim *Conſtantinum* (Conſtantinum, Africanum vulgo) qui Seculo XI. exeunte vixit; quum Johannicius, vel alias Arabum idiomate *Humain* dictus, centum annis Conſtantino anterior ſit. Pauca hic ex prima pagina edimus, quae, & alia multa noſtri Codicis in editione Argentinenſi 1534. ſub titulo: *Iſagoges Joannitii in artem parvam Galeni*, deſiderantur.

„Cum inter omnia animalia humanum
„corpus tum propriae forme impreſ-
„ſione,

„sione, tum digniore potentia anime, „rationabilitate dignius reperiatur, ne„quaquam mirum arbitror, si de ejus „sanitatis, egritudinis, & neutralitatis „scientia Philosophi solliciti fuerunt, „inter quos Galenus, mirabilis Medi„cus & ipse alterationum humani cor„poris ejusdem volens posteris suis pa„tefacere a primis partibus humanum „corpus constituentibus ab elementis „scilicet faciendo divisiones & subdivi„siones tractare incoepit. Ex quibus „omnibus quendam librum qui Tegni „(τεχνη) i. e. *Ars* intitulatur, compo„suit, sed quia liber iste tantae diffi„cultatis erat, ut penitus a Scolaribus „dimitteretur, *Johannicius Johannis* „*Alexandrini discipulus* hac de causa „inductus, has Ysagogas, i. e. intro„ductiones composuit, ut ad librum „Galeni facillime esset aditus. &c.

Ex his & aliis locis, quos contulimus, satis patet, hunc commentarium esse multo prolixiorem opusculo edito, quod citavimus. Implet folia 20. priora Codicis. Sequitur nullo intervallo, ut Opus continuari crederes:

Anonymi Commentarius in Hippocratis aphorismos foliorum 47. sic incipiens:

 „Tem-

„Temporibus Ypocratis doctiſſimi vere
„pro multiplicis Medicorum varietate
„multa ac diverſa hujus artis capitula
„inventa fuere. In quibus vir iſte cla-
„riſſimus ſtudioſe legendo rationabili-
„ter intelligendo continuam operam
„dedit, quibus tandem bene notis ele-
„gantia, atque utiliora in unum col-
„legit, & in hunc librum qui ampho-
„riſmorum intitulatur compoſuit com-
„muni utilitati conſulens.

Diverſus iſte Commentarius, & a Galeni Commentario in Aphoriſmos, & ab illo, qui ſub Oribaſii nomine circumfertur, ſequitur:

Anonymi Commentarius in Hippocratis libros Prognoſticorum foliorum 16.

incipit ſic:

„Quoniam humana corpora aſſidue in-
„terius exteriusque diſſolvuntur, inte-
„rius calore naturali, exterius calore
„aëris, neceſſaria fuit eis cibi potusque
„refectio. Refectio autem alia bona,
„alia mala; ex bona confortantur
„membra & in ſanitate conſervantur.
„Ex mala debilitantur & diſtemperan-
„tur,

„tur, sed hanc distemperantiam opor-
„tet mediam cognoscere.

Initio hujus opusculi a manu recentiori adscriptum est:

Oribasius in prognostica Hippocratis.

Hoc opusculum non esse Oribasii satis patet ex stilo, qui eundem autorem sapit cum iis qui caetera hujus codicis compilarunt. Nullum praeterea nec á Photio, qui Oribasii Scripta recensuit, nec ab editoribus Oribasii memoratur ejus opusculum hoc titulo insignitum. Oribasii operum vetus interpretatio latina, multum diversa ab editis memoratur Labbeo Bibl. novae MSS. pag. 214. extans in Bib. Renati Moreau, ubi forsan opusculum nostri codicis extat. Sequitur statim, ita ut idem opus continuari putes.

Commentarius in Theophili Tractatum de Urinis, foliorum 15. sic incipiens:

„Sicut in humano corpore non sim-
„pliciter sed multiformiter fit opera-
„tio, ita ejus operationis non unum
„sed multa signa apparent. Quum in
„egestionibus quaedam signa, quaedam
„pulsibus, quaedam in urinis, cetero-
„rumque signorum subjectis constituta
„sunt. Item sicut aliquando sanitati,
„aliquando egritudini, aliquando neu-

 „tralitati

„tralitati ſubjacet ita ejus alterationis
„diverſae ſignificationes reperiuntur.
„Merito ergo quisquis humani corpo-
„ris regendos vel conſervandos ſtatus
„ſuſcepit ut diligens inquiſitor inveſti-
„gationi inſudet ut quasdam ſuperflui-
„tates a corpore egredientes quid in-
„terius elaboratur ſagaci conjectura
„perpendet. Quorum *Theophilus* non
„ignorans hunc libellum *de ſignifica-*
„*tionibus urine* ad communem om-
„nium medicorum humilitatem (lege
„utilitatem) compoſuit:

Et paulo infra:

„*Incipit liber urinarum a voce Theo-*
„*phili*, a voce ideo quia Theophilus
„non fuit hujus repertor; ſed aliorum
„inventorum quaſi vox extitit. Quo-
„rum dicta compendioſe excerpſit &c.

Sequitur, etiam continuata ſcriptionis ſerie;

Anonymi Commentarius in librum Philareti de pulſibus, foliorum 10. uti patet ex prima opuſculi pagina, quae hîc exhibetur.

„Sicut inter membrorum ſuperfluita-
„tes praecipuam dat notitiam nobis
„urina,

„urina, sic inter operationes virtutum „praecipua notitia per pulsus habetur. „Sunt enim multae superfluitates mem„brorum, ut egestio quae prima su„perfluitas est digestionis, secunda uri„na. Tertie sedimen & quedam su„perfluitates particulares quae per os „& nares purgantur. Inter quas su„perfluitates praecipuam cognitionem „dat nobis urina &c. Cum autem „apud Latinos de pulsibus nullus inve„niretur tractatus, *Philaretus* utilitati „communi consulens, transtulit se ad „Graecos proponens sibi exemplari„bus quosdam Graecorum libros Ga„leni, praecipue autem quandam Epi„tomin ipsius pulsus. i. Summam. Ex „qua Philaretus aliam Summam libr. „sive de pulsibus de graeco in latinum „transferens excerpsit &c.

Philaretum de pulsibus ex Torini interpret. edidit H. Stephanus inter medicae artis principes. Commentator idem esse videtur, qui in priora hujus codicis opuscula commentatus est. Ex annotatiuncula margini nostri codicis apposita a manu eadem, qua codex integer scriptus est, conjectura subiit, hunc Commentatorem esse Rogerium Parmensem medicum, cujus Practicam Medicinae Venet.

 1499.

1499. & librum de Phaebo, Basil. per Henr. Petri editum commemorant Gesnerus, Fabritius; de autoris aetate silent, quem ignoraſſe videntur. Locum ex Commentario de quo nobis agitur exhibemus, simul cum marginali notula.

„*Quid eſt arteria?* Poſita diffinitione „pulſus & utilitate, ponit arteriae diffinitionem, hanc ſcil. *corpus oblongum &c.* Arteria eſt corpus oblongum & rotundum propter facilem „ſpiritus tranſitionem per corpus & „quia poſſit eſſe per totum corpus aequaliter rotundum. Addit, *ad inſtar* „*canalis.* Canalis eſt in principio ſui „groſſior & latior, circa finem vero „eſt anguſtior; hanc etiam eandem „habet compoſitionem arteria. Sed „hoc totum convenit venę, ad cujus „differentiam ſequitur: *Duabus tunicis* „*conſiſtens.* Habet duas tunicas arteria, quarum una circumdat alteram. „Interior continet aërem & ſpiritum „vitalem cum fumoſa ſuperfluitate, & „frigida eſt & ſicca, ut ex frigiditate „ſua temperetur calor & ſpiritus, ex „ſiccitate violentiam transcurrentis ſpiritus levius ferat. Exterior tunica

„ſun-

„sanguinem continet cum spiritu na-
„turali, ut ex sanguinis humiditate
„fervor spiritus contemperetur, frigi-
„da & humida est ut sanguinis ab ea
„contenti fervorem temperet.

Hic ad marginem legitur: „M. R. (quem Rogerium suspicor) dicit, quod &c.

Alius est locus, qui paullo infra in nostro Commentario legitur, & circulationem sanguinis, quam Medicos ante Seculum XVII. ignorasse vulgo afferunt, saltem indigitare videtur, haec sunt verba:

„*Haec enim* (*Arteria*) *a sinistra cordis*
„*auricula qua dicitur exoritur.* Cor
enim est oblongum, rotundum, cu-
„jus acumen magis vergit in sinistram
„partem, duas habens concavitates in
„parte dextra & sinistra, quae dicun-
„tur auriculae. Ad dextram C. aur.
„dirigitur quaedam vena concava de-
„portans sanguinem ab hepate ad cor.
„Ab eadem cordis auricula procedit
„quaedam arteria deferens sanguinem
„ad pulmonem.

Noster Commentator recte, & contra Galenum, atque omnes veteres, arteriam nuncupat, quae sanguinem a corde ad pulmones devehit, quam illi omnes venam arteriosam nuncupârunt.

Num.	*M.*	*Seculi*

556. 4to. Codex chartac. XV. & XVI.

Opuſcula varia medica; inter quae hos titulos reperi.

Egidius, & Theophilus de urinis.

Elixir doctiſſimi Phyſici Magiſtri Arnoldi de Nova villa.

Hic an ſit Arnoldus Villanovanus Hiſpanus, de quo Alb. Fabritius Bibl. medii aevi, non noſtrum eſt judicare.

Regimen peſtilentiale, germanice.

Deeſt autoris nomen.

Dicta principalia Magiſtri Johannis de Sancto Amando.

Seculo XVI. Torneaci vixiſſe, & arte medica claruiſſe dicitur quidam Joannes de S. Amando; noſtri tamen codicis ſcriptura Seculo XVI. anterior videtur.

556. 4to. Codex chartaceus. XV.

Farrago opuſculorum medicorum Theophili, Egidii, Conſtantini, de Arte medica; & alia quaedam argumenti chymici, praecipue de vinis, de aqua vitae &c.

570. 4to. Codex chartac. XV.

Continet

Experimenta medica & Remedia varia anonymi.

Tractatus de Febribus Johannis de Tornamira.

De hoc Medico nullam apud Bibliographos mentionem reperimus. Occurrit autem ejusdem nominis, sed historicus, in Nicolai Antonii Bibliotheca Hispanica.

B. 53. Codex membranaceus, nitidissime scriptus, quamvis multis abbreviationibus. Videtur Seculi XIV.

A manu recentiori praemissus est titulus sequens:

Mengor Sacerdotis, vel Monachi S. Benedicti libri XX. de natura rerum.

Implet folia 211. vel paginas 422. In fine codicis hos versiculos legimus:

Post libri finem non cessa reddere laudem
Christo qui forti studuit se tradere morti
Me qui discernis vel qui mea verbula cernis
Scriptis Scriptoris nosces hiis - - - horis
Est autem dictus *Mengos* humilisque Sacerdos
Ordinis invicti Monachus Sti Benedicti
Pro quo tu caris Christum precibusque precaris
Ne sis dampnatus, verum in fine beatus.

In praefatione autem recenset autorum tam antiquorum quam recentiorum nomina, quorum

rum operâ usus fuerit. Sextum ordine laudat *Jacobum de Vitriaco quondam Acconensem Episcopum nunc vero Tusculanum Praesulem & Romanae Curiae Cardinalem* —— *qui de naturis rerum & historiis quae in transmarinis partibus modernis temporibus evenerunt eleganti sermone conscripsit, & hunc librum voluit orientalem historiam appellari.*

Hinc patet autorem nostrum Jacobi de Vitriaco Coaevum vixisse Seculo XIII. ineunte. Tractat vero noster Libris XX. de Anatomia, de Anima, de monstruosis hominibus, de quadrupedibus, de avibus, de monstris marinis, de piscibus, de serpentibus, de vermibus, de arboribus, de arboribus & herbis, de fontibus, de lapidibus pretiosis, de metallis, de aere, de planetis, de passionibus aëris, de 4 elementis, de coelo.

N.

194. fol. Codex chartac. XVI.

Joannis Nesii Florentini ad Petrum Medicem Laurentii filium, de moribus libri quatuor. Florentiae 1550.

Sic habet titulus operis, quod paginas 336. implet. Scriptum stilo satis nitido, multifaria, uti nobis visum est, doctrina refertum; in dialogos quatuor, vel libros distributum; inscriptum Petro Mediceo, Laurentii filio, fratri Leonis X. Pontificis, quem Petrum

Petrum anno 1504. obiisse exulem tradunt historici. Post praefationem, quam Juventuti Florentinae inscripsit autor, sic incipit dialogus primus:

„Cosmum Medicen, proavum tuum, „Patriae Patrem, virum omnium, quos „sua tulit aetas, sine controversia sa„pientissimum dicere solitum accepi„mus, suavissime Petre, nullum ex „tam variis, tamque diversis studio„rum generibus, quibus homines pro „cujusque ingenio exercentur, & no„bis salutarius & Rei publicae utilius „esse, quam quod a sancto augustoq; „Socraticae Philosophiae fonte dedu„ctum, de vita & moribus esset, ac „ad rectam vivendi rationem pertine„ret. Praeclara sane vox & quae a „divino Platone in Theęteto atque „Republica sit profecta.

Hoc opus, & autorem, quot nobis evolvere licuit, Bibliographi praeterierunt, dignum quod typis edatur.

Prior codicis pars exhibet Platonis de Republica libros ex versione latina *Uberti Decembris*, Manuelis Chrysolorae discipuli; de qua etiam frustra evolvimus Fabritii Bibl. graecam & alios. Vide titulum hujus versionis, Catalogi nostri Tom. I. pag. 575.

Ber-

Num.	*O.*	*Secul.*

614. 4to. *Bertrandi, f. Bernardi Olbagarai tractatus de Metaphysica, & Ethica.* Anno 1649. scriptus.

621. 4to. *Ejusdem alii libelli, argumenti physici & metaphysici, item logici, ex dictatis Dav. Derodonis Professoris Diensis.*

P.

384. 4to. Codex chartac. *XV.*

Bartholomaei Platinae Mantuani, de honesta voluptate, & valetudine, & opsoniis, libri X.

Editus est inter reliqua autoris scripta.

R.

A. 54. *Joh. Reuchlini Phorcensis Ecclesiae LL. Doctoris de arte caballistica libri 3.*

Hic liber editus fuit Ingolstadii 1517. & aliàs; pertinet fere ad eandem Classem cum libro Trithemii, tradens artem, quae, postquam fax purioris Philosophiae tenebras superstitionis dissipavit, parvi penditur a sanis mentibus. Nobilis ille, qui hunc librum singulari, ut credebat, fortuna descripserat, Sebastianus du Senarcleus, aliter judicabat; haec enim ab ejus manu sub finem Codicis adscripta reperimus:

„Ce

„Ce livre ne ſe trouve plus que dans „les Archives de St. Pierre.

S.

A. 66. 4to. Codex membran. XIV.

Lexicon juridicum. Continet folia 221. ſ. paginas 442.

In fine haec leguntur:

„Explicit opus ſingulare ſcriptum per „manum Fratris *Philippi de Sabeira*, „Monachi de Oratorio in Andegavia „— dum eſſet Studens Pariſiis in „Sancto Bernardo anno Dom. 1342.

Autor vel compilator itaque videtur ipſe qui Codici nomen impoſuit.

454. 4to. Codex membran. XIV.

1. *Magiſtri Johannis de Sacroboſco Tractatus de Sphaera*, autor Seculi XIII. Vide Fabritii Biblioth. medii aevi.

Sequitur Opus, hoc titulo:

2. Tabulae de motibus Stellarum &c. „quas compoſuit M. *Hermannus Sti-* „*lus Saxo de Vorchem*, pro alleva- „tione tabularum Alfonſi & aliorum

„Aſtro-

"Astronomorum, & hoc ad Meri-
"dianum Parisiensem, anno 1359.

Addita sunt varia Astronomica. De hoc Hermanno nihil apud Bibliographos reperi.

157. fol. Codex chartaceus. XV.

Opuscula astronomica & astrologica, quorum tituli sunt:

Soloneus de temporum annotatione & principiis Astronomiae.

Capitibus 20. constat hoc opusculum. Prima linea sic habet:

"Quanquam omnes homines natura
"scire desiderent ut in Prohemio Me-
"taphysicae testetur Aristoteles &c.

Caput primum agit de Cyclo solari. Secundum de Cyclo lunari.

Aetas autoris judicari potest ex versibus sequentibus, qui Capite secundo leguntur:

Ab annis tolle quinque quadringentaque mille
Quidquid super exstat ciclum lunae tibi monstrat
Tum decem novem superaddas sic numerando
Tot super abicias reliquumque pro ciculo ponas.

Quam-

Num. S. Seculi

Quamplurimae figurae astronomicae hic extant. Superstitiosa multa de judiciis astrorum, praecipue quoad valetudinem conservandam hic occurrunt; inter alia figura quaedam cui titulus: *Sphaera Flebotomiae justa 12. Zodiaci signa*; viginti folia habet.

Sequitur libellus, hoc titulo:

„Tractatus ex intentione sapientum in „arte astrorum & scientia stellarum „eruditorum, scilicet *Guidonis Gonati*, „*Hali Haben Ragel Albumasaris*, & „aliorum in diversis electionibus ad „usum humanum breviter recollectus.

Praecepta medica ex Ast onomia hic traduntur; item varia astronomica, tandem gnomonica. Paucis paginis continentur.

Albumasaris opus astronomicum prodiit Augustae Vindel. 1489.

Hali filii Haben Ragel Scripta ejusdem argumenti prodiere Venetiis 1486. & Basileae 1550.

T.

908. fol. Codex membran. XVI.

Joh. Trithemii Abbatis monasterii St. Jacobi Wirzburgensis Antipalus maleficiorum, Joachimo Marchioni Brandeburgico inscriptus; an. 1538.

Hic liber, quem Joh. Trithemius contra maleficos scripsit, editus fuit typis, primum In-

golſtadii 1555. deinde ſtudio Joh. Burei Colon. 1605. Scripſit idem Trithemius Libros Steganographiae eidem Joachim Principi dedicatos. Ob iſta opera ſuſpectus fuit, quaſi Magiae operam dediſſet. Vide Cavei Hiſtoriam litterariam Scriptor. Eccleſ. & Fabritii Bibl. medii aevi. Libellus tamen, de quo agimus, Superſtitionis potius quam Magiae accuſationem incurrit; quum pueriles & viro alias erudito indignas exhibeat conjurationes adverſus maleficia daemonum & ſagarum.

U.

61. fol. Codex chartac. XV.

Magiſtri Witelonis de Viconia Perſpectiva, libri X.

Opus immenſi laboris, quamplurimis figuris geometricis ornatum, de cujus autore nullam mentionem reperi. Praemittitur praefatio, cujus primae lineae ſic habent:

„Veritatis amatori Fratri Wilhelmo de „Morbeka, Witelo filius Thuringo„rum & Polonorum, eternae lucis ir„refracto mentis radio felicem intui„tum & intellectum perſpicuum ſub„ſcriptorum.

Religioſum quendam ex Abbatia Ordinis Praemonſtratenſis, quae in Hannonia eſt, *Viconia* nomine, autorem hujus libri fuiſſe credimus.

CLASSIS QUARTA.

Literae humaniores, Epistolae, Poëmata, Lexica, Critici &c.

A.

Num. Seculi

419. 4to. Codex chartaceus.

Liber accentuum Rabi Aaron Ben Aser item tredecim Articuli Rambäm, impressus exstat in editione prima Bibliorum Venetorum magnorum.

506. 4to. Codex chartac. XVI

Alani de Insulis opusculum prosaicum & metricum, quod de planctu naturae vocatur.

Sic incipiens:

„In lacrimas risus, in luctus gaudia verto
„In planctum plausus, in lacrymosa jocos
„Cum sua naturam video decreta silere

„Cum Veneris monstro naufraga turba perit.

Contra Paederastas hoc opusculum exaravit autor. Sequuntur alia ejusdem Carminis, *de litera Samia* sive *Y Pythagorae.* Carmen quod dicitur *Corrector* s. *Poenitentiale.* Dialogi formam inter *Bernardum* & militem hoc Carmen sustinet.

Vide quae de hoc Poëta, Monacho *Clarevall.* Ord. Cisterc. & Episcopo Autissiodor. dixit Oudinus Scriptor. Eccles. Tomo 2. Forsitan quaedam hic inedita exstant, sed parvâ jacturâ bonarum literarum.

Sequitur

Bernardi Geslensis Carmen de vita privata & aulica libris 2.

De hoc vide Fabritii Bibl. medii aevi. Barbara certe poësis; metra heroica, recurrente in medio & extremo versu syllaba similiter desinente.

Sequitur

Libellus prosaicus de arte scribendarum epistolarum anonymi.

Tandem: Poëmation hoc titulo:

Carmen Ovidii de altercatione ventris & artuum.

Quis illius aevi barbarus ausus fuerit abuti nomine Poëtae, Musis & amoribus dilectissimi, ignoramus.

Sic

Sic verba incipit monstrosus ille partus:

„Consilium celebrant humani corporis artus
„Inter se de se plurima verba serunt
„Incidit in verbum sermo, si verba queruntur
Quod gravis est dominus, & nimis urget eos.

Praemissum est initio Codicis Carmen amatorium, hoc titulo:

Amatorium parvum, s. praecepta amandi extracta a Pamphilo ad Galateam. Carmen elegiacum.

Sequitur

Alberti Ibensis (aliàs de Eib) de speciositate barbae puellulae tractatus; prosa. De hoc vide Fabritii Bibl. medii aevi. Autor nugatoria multa composuit; vide Margaritam Poëticam.

683. XIV.
4to. *Architrenus, s. Carmen Johannis de Altavilla, versibus hexametris.*

Foliis 87 vel pagellis 174 absolvitur hoc Carmen. In libros IX. divisum est. Singulae paginae versus implent 25. Totum opus itaque 4350. Argumentum est philosophicum, autor, pro more ejus aevi, quo scripsit, circa annum nempe 1200, totum rerum natu-

rae & scientiarum orbem permeat, stilo barbaro, qui secula ferrea sapit. Vide quae Alb. Fabricius de autore & opere dixit, Biblioth. medii aevi. Sub *Johanne Hautevillensi*, s. de Alta villa.

Primi carminis versus quos ille citat, iidem sunt in codice nostro. Initio libri, a manu recentiori, nempe Seculi XVI, quae nobis Petri Danielis esse videtur, adscriptum est:

„Quidam Architrenii auctorem J. Sarisberiensem esse scripsit.

Nescio quo autore haec adscripta fuerint. Certe Baleus, & Lelandus, in Catalogis Scriptorum Angliae, & alii hos secuti, carmen tribuunt *Joanni Annevillano* quem Baleus *Hancvil* nominat. Scripsit Joannes Sarisberiensis, Anglus etiam, ut noster Joannes Hanvil, vel *Annawillaeus*, quo nomine eum appellat Lelandus, opus prosaicum cui titulus, de *nugis Curialium*, quod ejusdem fere cum Altevillani carmine farinae esse videtur. Occurrunt interim multa ex Philosophis & Poëtis antiquis, quae veluti panni pretiosi, sordidae vesti assuti, splendeant, Quum autem raro occurrat nostrum Carmen, & non omni prorsus laude careat, Codicis nostri specimen submittere lubet. Argumentum totius operis exponitur in Praefatione, quae ipsius autoris esse videtur. Sic incipit:

„Architrenius quidam, cum ad annos „virilis roboris devenisset recordationis „stilo retroacti temporis actus colligit

„uni-

"universos secum quid egerit scruta-
"bundus exquirit; nec moribus us-
"quam invenit esse locum. Conque-
"ritur itaque in naturam. Nam quae
"majora poterat, & illud utique po-
"tuisset, quod adversus scelerum mo-
"tus & impetus inconsultos homo in-
"quassabiliter perduraret.

Infra haec:

"Liber itaque iste Architrenius nuncu-
"patur. Hic est titulus ad Galterum
"Rothomagensem Archiepiscopum in-
"cipit. Ex supradictis patet tam in-
"tentio quam materia. Ex titulo col-
"lige ad quem scribat hoc opus. De
"*autore*, si quaeras; Johannes est no-
"men ejus.

Sequuntur tituli capitum singulorum librorum. Speciminis gratia titulos libri quinti describamus.

"De colle praesumptionis, de quibus-
"dam praesumptionis exemplis. De
"praesumptione personarum Ecclesia-
"sticarum & Magistrorum. Quod prae-
"sumptio est senectutis ad Regem An-
"gliae divertisse. De Superbia. De

"Monacho elato. De casu Luciferi. "Invectio in superbiam. De monstro "cupiditatis. Quid de cupiditate Ar"chitrenius sentiat. Quod cupidus nul"lis habitis sit contentus. Quod sola "morte cupiditas terminatur. Excla"matio in Praelatos. De bello inter "avaros & largos. Sermo Walgani. "Architrenius de Corineo. De adven"tu Bruti & Corinei in Angliam. & de "Gigantibus. De Conceptione Arturi "& ortu ejus ad quem scribitur.

Praesumptionis & superbiae exempla undique offert Poëta, casum Phaëtontis narrat; inde a Deorum fabulis transit ad Poëtas, & Persio exprobrat, quod Horatium sequi & imitari ausus fuerit:

"Persius in Flacci pelago decurrit, & audet
"Mendicasse stilum Satirae, serraque cruentus
"Fodit & ignorat polientem pectora limam.

Hinc in Ecclesiae Antistites, Episcopos nempe Angliae, quorum tamen nomina tacet, & mores Clericorum invehitur, & in laudibus Henrici Regis (quem Henricum II. Andegavensem esse patet) desinit.

„Hic

„Hic puer inſolidus & mente & corpore
leſae
„Indolis & tenuis animo nervoque ſo-
lutus
„cui renum ſenior laſcivia mollit & evi
„Ardeſcens novitas emptas in devia prae-
ceps
„Eccleſias Auriga rapit ſuperumque re-
genda
„Suſcipit innumera lactandus ovilia paſtor
„omnibus Eccleſiis non contraxiſſe ve-
retur
„Centigamusque novo ſuperis de jure mi-
niſtrat
„Presbyter in ſponſi ſpolio praecluſus
adulter
„Moribus inſipidus noſtri Jovis inquinat
aram
„Acceſſuque notat Veneris Bachique Sa-
cerdos
„Numen utrumque ſitit, lumbos & gut-
tura ſolvens
„Sedulus his ſervit, liceat ſcelus eſſe lo-
cutum
„Quod ſit in occulto, vitium facit ipſa
loquendi
„Materiae ſordes, irae furor imperat ori
„Circumciſa minus movet indignatio
verba
„Pauperibus dandos reditus inviſcerat, &
qui

„Cuncta dedit nulla contingit portio Christum
„Emungetque bonis ara ventris numinis aram
„Dum quod in ore sapit stomachi corrumpit averno
„Cujus delicias uteri deperdit in utre.

Regem Henricum sic laudat, ubi de praesumptione senectutis; obscure sane, ut reliqua carminis.

„Sic ubi delegit summam praesumptio sedem
„Inserpit festina comis, crispatque Senecta
„Henrici faciem, quem flava Britannia Regem
„Jactat, eoque duce titulis Normannia ridet
„Et belli & pacis totumque supermeat orbem
„Indole, quem belli nunquam fregere tumultus
„Dedidicitque vir gladio secura juventus
„His vernare genis eternum debuit evi
„Flosculus, & nulla senii marcescere bruma.

198. Codex chartac.

Casparis Ammonii Grammatica hebraea latinè conscripta, praemissis Epistolis, unà

unà Rabbi Raphaëlis, quam praepósuit Grammaticae hebraeae Rabbi Mose Kimchi noviter impressae 1519. alterà Wolfgangi Fabritii Capitonis ad Casparum Ammonium 1519. tertià, 4tà & 5tà Johannis Oecolampadii ad eundem Ammonium.

Anonymi.

213. fol. Codex membran. XIV.

Vitae illustrium Philosophorum, anonymi.

Parvi momenti videtur haec vitarum collectio, a recentiore quodam Scriptore compilata.

187. *Emendationes & variae Lectiones in Xenophontis opera & in Aeschinis Orationes.* Forsan P Danjelis Chartae. XVI.

462. 4to. Codex membran. XIII.

Carmen, metro elegiaco exaratum, de naturis animalium.

Titulus praemissus sic habet:

„Incipiunt naturae animalium extra-
„ctae de Ysidori Ethymologico.

Prologus Carminis sic habet;

„Naturis variis animalia sunt redimita
„Tuque tuos mores his redimire stude.
„Has

Anonymi.

„Has metrice pingam victus precibus sociorum
„Ad commune bonum tu Deus affer opem
„Non opus est opus hoc gemmare colore tropis &
„Stemmatibus, sensus plus valet ipse vigor
„Multa quidem sunt in terris animantia, Reges
„Quatuor illi sunt qui dominantur eis.
„Est homo rex, aquila, leo, bos, homo nam de natura
„Mundanis, aquila praedominatur avi
„Brutorumque leo rex est, bos est pecudum rex
„Quilibet istorum vir bonus esse potest.
„Vir bonus est homo tunc bene cum fruitur ratione
„Est bene tunc aquila, cum cor ad alta levat
„Est leo dum vitia calcat, menti dominatur
„Est bos cum pie se maceranda donat.

Autor ignotus; certe inter pessimos Poëtas adnumerandus.

Codex

Num.	*A.*	*Seculi*

641. 4to. Codex membranaceus. *XI.* vel *XII.*

Gloſſarium latino - batavum.

Deſunt priora, & ultima aliquot folia.

Voces tantum cum ſignificatis, ſine citationibus, & flexionibus refert. e. g.

fremitus - gerush.
frenare - breidelen.
fricare - crawen.
fructus - frucht.
fucus - ſoet.

624. 4to. Codex membran. *XIV.*

Anonymi Etymologica quaedam.

Non ſunt Iſidori, paucis pagellis abſolvuntur, parvi momenti.

166. fol. Codex membran. *XIV.*

Magiſtri Laurentii de Aquileia, ſumma dictaminis ſecundum ſtilum curiae Romanae.

Magiſtri Richardi de Pophis ſumma dictaminis.

De utroque vide Alb. Fabritii Biblioth. medii aevi.

Richardi de Paphiis (ita eum vocat) opus in Bibliotheca Vaticana exſtare ait. Utrumque

opus

Num.	A.	Secul.

opus nostri Codicis exhibet formulas Epistolarum scribendarum.

Aruch, Lexicon Talmudicum, vide *Menahem* & *Rabbinica*.

B.

594 Codex membranaceus. XV.

Epistola Bernardi Silvestris super gubernatione Rei familiaris.

De hoc autore aliàs Carnotensi dicto, & opusculo edito inter alia ejusdem Scripta vide Fabritii Bibl. medii aevi.

161. fol. Codex membran. XIII. & XIV.

Continet inter alia multa :

Petri Blesensis Epistolas, alio ordine, quam in editis. XIII.

Magistri Joannis de Capua, Notarii Pontificii, & Jordani, S. R. E. Vicecancellarii Epistolas Amoebeas; s. certamen.

Joannis de Capua qui circa annum 1262. vixisse dicitur, aliud opus, titulo, *directorium vitae humanae*, citat Fabritius.

De Magistro Jordano dictum nobis supra.

Hoc vero Certamen epistolare, ineditum, ut credo, foliis 8. absolvitur. Dignum, ut perpetuae oblivioni tradatur. Mutuis se laudibus

Num.	B.	Seculi

dibus cumulant, *bullatis*, ut Perfii verbis utar, nugis, omnes paginae turgefcunt.

Magiftri Joannis de Sicilia Rhetoricam, fcriptam an. 1324.

De hoc autore nullam mentionem reperi apud Bibliographos.

Summam dictaminis, quae dicitur Microcofmus, continens Elementa Rhetorices; autore (ut in fine fert titulus) Thomaxino Aronamini de Bononia.

Varia in Tullii libros ad Herennium; & flores ex Seneca & aliis. XIV.

360. 4to. *Catalogus Bibliothecae Joannis Boeftallerii Regis Gallorum ad Rempubl. Venetam legati.* Graeco fermone exaratus, in membrana.

Fere omnes libri hoc Catalogo notati fcripta funt autorum veterum, & Codices MS. videntur.

322. fol. Codex membranaceus. XIV.

Boncompagnus, f. *liber de arte dictandi, vel epiftolas fcribendi.*

Opus quod fcholaftica ftudia fapit; exhibet fpecimina quamplurima Epiftolarum; praemittitur dialogus ridiculus fatis inter librum & autorem. Divifio operis haec eft: nempe in fex libros;

„Primus

„Primus de forma literarum ſcholaſtice conditionis.

„Secundus de forma Eccleſię Romanę tangit breviter & ſummotenus quoniam augmento non indiget plenitudo.

„Tertius formam continet literarum quae valent Summo Pontifici deſtinari.

„Quartus eſt de literis Imperatorum & Regum.

„Quintus eſt de Prelatis & Subditis & negotiis eccleſiaſticis.

„Sextus eſt de literis nobilium virorum civitatumque & popularium.

61. folia ſeu paginas 122. implet; character minutus. In capite libri haec leguntur:

„*Boncompagnus nomine Compoſitoris appellor.*

658. 8vo. *Jacobi Bongarſii Collectanea quaedam, ex optimis autoribus, ſententiae, item notae quaedam, ad uſus privatos.* (non magni momenti.)

Jacobi

659. 8vo. *Jacobi Bongarsii Excerpta pauca; quae ipse inscripsit: Ex Aurati recitationibus, in Sophoclem Tyrannum.* (Pauca sunt).

664. 8vo. *Ejusdem Bongarsii varia collectanea; non tamen omnia ab ipsius manu.*

1. *Generalis diatyposis universi, s. Encyclopediae Tabula.*

2. *Analysis brevissima quorundam Aristotelis librorum.*

3. *Index autorum, qui à Prisciano & reliquis Grammaticis citantur.*

4. *Analecta ex Theophrasti Paracelsi Astronomia.*

5. *de Jure Monarchiae liberae, s. de mutuis Regis absoluti & subditorum ejus officiis liber.*
Isacus Genius ex Anglico latinum fecit 1665.

150. fol. *Jac. Bongarsii loci communes s. Excerpta ex autoribus sacris & profanis;* amplum volumen.

486. 8vo. *Jac. Bongarsii Collectanea ad proprios usus, uti videtur compilata, histori-*

ci argumenti, multa habent geographica & genealogica, item historica.

492. *Jac. Bongarsii Collectanea philosophica.*

493. *ejusdem Collectanea literaria, & excerpta ex autoribus antiquis.*

Haec omnia ad fructus studiorum & juveniles annos Bongarsii nostri pertinent; forsitan facile ex his aliquod justum volumen, titulo, *Bongarsiana* elici posset.

B. 36. fol. *Jacobi Bongarsii Collectanea ordine alphabetico digesta;* ab ipsius manu, studiorum juvenilium fructus videtur.

A. 44. fol. *Jacobi Bongarsii loci communes, s. Sententiae ex autoribus antiquis graecis & latinis, ab ipsius manu collectae.*

Initio voluminis haec ipse adscripsit:

Jacobus Bongarsius Bodraeus 1578.

„A Deo omnium rerum, ut auctore
„ita & largitore precor, quod apud
„Tacitum Tiberius, ut mihi ad finem
„usque vitae quietam & intelligentem
„divini humanique Juris mentem det.

Ex Taciti Annal. Lib. IV. Cap. 37.

Omnia

Omnia Bongarsii nostri pretiosa esse autumamus, Viri nempe a prima adolescentia bonarum artium studiosi, meritis in Regem suum, & in Rempublicam literariam aeque laudandi.

692. 8vo. *Jac. Bongarsii album amicorum, collectum praecipue anno 1585. in itinere per Hungariam usque Constantinopolim, & annis 1586. 87. per Germaniam.*

644. 4to. Codex chartac.

Jacobi Bongarsii Collectanea varia ad Jus Romanum, ipsius autographa.

Oratio ad Genevenses de descensu ad Inferos, Genevae edita ab Hugone Brougstono; latine reddita per J. P.

Joh. Truchii in Acad. Aurel. Doctoris, Annotationes in Institutionum librum I.

469. 4to. Codex chartac. XVI.

Jacobi Bongarsii varia, ab ipsius manu collecta.

Hoc volumen continet domestica quaedam Bongarsii, excerpta ex novis Politicis, Itinerarii fragmentum, de quo plura infra; Inscriptiones quas ille in Itinere per Hunga-

riam & Transylvaniam collegerat. Editae exstant hae Inscriptiones a Bongarsio ad calcem Scriptorum Hungaricorum, quos Francofurti Wechelius edidit anno 600. In nostro Codice etiam reperitur Epistola Bongarsii ad Guilelmum le Normant, scripta Kalend. Mart. 1597. quae in capite Scriptorum Hungaricorum, omisso Bongarsii nomine, edita exstat. Hoc ille Diarium inter peregrinandum scripsisse videtur, quod paucis omissis, hic edimus.

„1585. Parti de Vienne Vendredy a„près diner 12e Avril. — Le Samedy, „3. lieues Ketzé, village & chateau du „Baron Listius. A coté a main gau„che Petronella ein Heiden-Stat, „Hungaris Kisch Troja, id est, parva „Troja, ruiné par Attila. A une lieue „Presburg, Hungaris Posony, Poso„nium, doist etre dist Pisonium, d'un „Piso, Baillé lettres a Stephanus Rade„covius, Episcopus Agriensis, praepo„situs Posoniensis, S. C. Majest. per „universam Hungariam locum tenens. „— Le Lundy arrivé a Raab, Hunga„rice *Tuiri*, *Javarino* Italice, forte„resse belle, donné lettres au General „Andres Tevel, Freyherr zu Gunden„dorf auf Enzensdorff, Obrister zu „Raab, aagé d'environ 70. ans, dont il

„il en a 48. qu'il commandoit en Hon-
„grie, lequel nous a festoiés. — Me-
„credy après diner arrivé a Comorin
„— chateau fort, a la pointe duquel
„le *Way* grosse riviere entre dans le
„Danube. Bai lé lettres au General
„Balffy von Eodrod auf Bibersburg,
„der Cron Hungarn obrister Camme-
„rer rc. und Obrist zu Comorin. —
„On nous y a montré un os de la
„cuisse d'un homme trouvé dans le
„Danube de quatre grands ampans de
„longueur, au haut de deux de large.
„Le jour même diné avec le General.
„— Le Samedy diné a Westerawiz
„village, 2. milles couché a *Breiniz*,
„ville Sclavonique. De là a *Rauden*,
„village Tudesque. — Mecredy diné a
„*Lenzbourg*, on commence le pays de
„*Sips*, Sepusium — un quart de lieue
„de Schwabsdorf y a trois fontaines
„jettantes l'eau a gros bouillon dont
„l'eau reposée dans peu de tems se pe-
„trifie, & en avons amassé des pierres
„les unes encore molles & tendres,
„les autres plus & moins dures. De
„semblables y en a plusieurs au pais,

„l'eau en eſt belle & claire, froide, „doux aigrette. Couché a Leitoch „Vandalice *Kenotſcha* ville belle pour „le pays — arrivé le lendemain à *Ca-* „*ſchau* un Samedy a diner. Près de *Ca-* „*ſchau* y a ſalines de mine & fontai- „nes. — en tems chault il y pleut gre- „nouilles — couché a Eitſchen; de Eit- „ſchen a Tokay toutes belles montai- „gnes riches de vins excellens. D'Eit- „ſchen a Tokay cinq milles. Les quar- „tiers ici ſont pleins de *Zigeiners* qui „ſont tous marechaux, logeant dans „des chariots, dans leſquels ils tien- „nent leur meſnage & outils — Cou- „ché le 3e May à *Calo*, petite forte- „reſſe à 3. baſtions, le 5. de May paſ- „ſé par Bathor, qui eſt un fort grand „Bourg appartenant à un parent du „Roy de Pologne Bathor Miclosky. „De là paſſé un bois de deux lieues & „fort plaiſant, plein de narciſſes — „7e de May après diner couché a Wa- „rola, village, paſſé lequel on parle „après plus Walaque que Hongrois, „8e de May a diner arrivé a Neuſtatt „dite Hungariſch *Bagno*.

Hic

Hic deficit diarium usque ad 1. Juin.

„Le 1er de Juin parti de *Baina* avec „le docte Apollonio Medaverno, & „Don Paul la Motte; a demi lieue de „là passé le *Lappisch*, petit fleuve qui „fait separation des Terres de l'Empe- „reur & de Transylvanie. Diné a *Kui-* „*var*, ungarice *chateau de roche*, Joann. „Lelibeus Jesuite Precepteur du Prin- „ce y estoit revenant de boire les eaux „sulphurées du Lappisch, & Mr. de „Herberstein, pour guerir ses fluxions „du cerveau. Le lendemain Diman- „che après diner passé les montagnes „& bois, entré en la Transylvanie — „Le 4e Juin passé le *Samosch* & disné „a *Torda* Bourg ancien, qui a beau- „coup de ruines d'antiquité; mines de „sel, desquelles y en a une qui est „comblée d'eau — Le 5e Juin disné „au chateau de *Hegnedy*, où il y a „des os de geans; & des testes de „dragons apportés d'une montagne de „Transylvanie où on dist y en avoir „une extreme quantité. Sejourné un „jour & demi. Le Vendredy 7e Juin „arrivé a *Alba* a diner chés le Capitai-

„ne Hieronimo Genovois Capitaine de
„l'Artillerie. Presenté mes lettres a
„Georgius Blandrata autrefois Mede-
„cin du Roy Jehan, & a Wolfgangus
„Kowachozii Chancelier. Baisé la
„main au Gouverneur Joannes Getzi,
„auparavant Capitaine de Waradins.
„ — Le Prince Sigismond Bathori de
„Somlio a 13 ans — *Alba* est sur une
„colline en lieu fort, entouré de mu-
„railles très antiques, en Hongrois ap-
„pellé Jula Feiravar, i. e. Julia chateau
„blanc, en Bulgare Bellograd. Après
„avoir eu lettres du Prince au Welp-
„voda Mischna, & passeport, nous
„sommes partis le 16e Juin un Diman-
„che après diner — laissé Milsbach,
„ville Saxonne, a main droite, a deux
„milles d'Alba — le lendemain arrivé
„a diner a Cibia, ville principale des
„Saxons, où se font leurs Dietes, en
„allemand Hermanstatt, à conditore.
„ — donné lettres de Mr. d'Herber-
„stein à Albert Huet Juge constitué
„de par le Roy de Pologne, mais na-
„tif du lieu. — le 19 couché a Schar-
„kainy — après avoir fait trois gran-
„des

„des lieues de boys & monts, arrivés
„a Braſſovie, petite ville bien batie,
„environnée de montagnes quaſi en
„rond comme d'une couronne, unde
„Cronſtadt — Tranſylvanie, province
„fertile en vins & grains, toute en col-
„lines environnée de hautes monta-
„gnes & boys comme d'un rempart,
„abondante en toute ſorte de metaux.
„L'or ſe trouve en abondance dans les
„rivieres, & y a femmes a ce ordon-
„nées pour le recueillir. Paie de tri-
„but au Turc, 14000 thalers, fran-
„che du reſte. Car s'étant depuis peu
„d'années preſenté a Conſtantinople
„un Tranſylvain, offrant 100 mille
„thalers de tribut pour eſtre inſtallé
„en l'Eſtat, l'agent remonſtra le droit
„du pais non ſujet au Turc, mais ſous
„ſa protection. Et nonobſtant la bon-
„ne envie que les Turcs euſſent de le
„reduire comme la Valachie, toutefois
„ſentant qu'ils eſtoient deliberés de
„reſiſter par armes, & avertis de la
„force du pays auſſi empechés d'ail-
„leurs, s'en deporterent moyennant
„quelques eſpeces. En Braſſovie eu

"passeport de la ville & lettres du Dr.
"Paul Kerz Medecin a Mischné, & au
"grand Vornie Demetrius. Parti le 24
"un Lundy après diner avec un guide
"de la ville, passé à *Rosenaw*, bourg
"& chateau, couché a Tartschwar,
"chasteau entre les monts, qui est pour
"la garde de ce passage — & de tels
"chasteaux y a par toutes les issues de
"Transylvanie, de sorte que personne
"ne peut ne sortir ne entrer sans con-
"gié. Pres d'une lieue du chasteau au
"haut du mont y a une croix, qui faist
"separation de la Transylvanie & Va-
"lachie; disné un peu par de là, & puis
"passé en la descente un rocher dist
"Königstuel, auquel les coches des-
"cendent avec des cordages. Le 26
"arrivé & couché à Tergoviste, logé
"chés les Freres St. François. Le len-
"demain arrivé a *Boukorest* où est la
"cour. Le lendemain appellé au Di-
"van presenté *nos* lettres a *Michna*.
"Celle du Prince de Transylvanie avoit
"pour inscription: Magnifico & spe-
"ctabili Domino, Michneo, Dei Gra-
"tia vero Domino & haeredi perpetuo

"Terrae

"Terrae Tranſalpinenſis. Le Prince "environ de 25 ans demanda ſi le vou- "lions ſervir, ſi nous n'avions point "de preſens, ordonna qu'on nous don- "nat vivres de la Court. Le 1er jour "de Juillet nous envoia fouiller par le "grand Poſſevie qui emporta tous nos "papiers, pour leſquels entendre ſon "truchement n'y cognoiſſant, furent "emploiés des Gentilshommes Ragu- "ſois, & puis les Freres Saint François. "Le ſoir nous furent rendus. Le Mar- "dy 2e on nous apporta un paſſeport "en langue Serve pour paſſer le Da- "nube. Le cachet imprimé deſſus avec "de l'encre. Quelque peine que nous "y miſſions nous ne pumes parler au "Prince. Mais le Poſtevie a toute im- "portunité nous donna un coquin de "Porter pour nous conduire juſques au "Danube. où il diſoit que nous attra- "perions ces carres domineſques qui "alloient en *Stambol* (Conſtantinople) "partis les ſoir d'auparavant. Partis "donc le ſoir arrivames encore au lieu "où eſtoient leſdites carres, & le len- "demain de bonne heure paſſames a "Jerva,

"Jerva, bourg & chasteau qui a Garni-
"son Turquesque. sur le Danube.
"La Valachie est un pays abondant en
"grains, en bestail, chevaux, aiant mi-
"nes d'or & d'argent, de soulphre, de
"sel, de cire & d'ambre. Mesmes lor
"se recueille en quantité de rivieres; le
"pays demi journée au deça de Tar-
"mish jusqu'au Danube, tout plat,
"moins que ½ lieue au deça de Ter-
"visch, & ½ lieue au dela de Bouko-
"rest se voit comme une levée qui
"semble faite de main — Jusques à la
"dite demi journée de Tervisch on va
"entre de hauttes montagnes au tra-
"vers des Torrens & rivieres. Le peu-
"ple barbare & lourd, sujet aux . . .
" . . . des grands, & pource s'enfuit
" a la vue de 2. ou 3. personnes. En
"tout le pays n'y a batiment de pier-
"res, que les Eglises & Monasteres qui
"y sont beaux, & le chasteau de Bo-
"ukorest. Mais Petro Voda a fait a
"Tervist, où il avoit sa cour, un Pa-
"lais petit, mais beau & magnifique
"pour la portée du pays — Les Vala-
"ques usent aux Actes publics de let-
"tres

"tres en langue Serve. Les Tranſyl-
"vains les appellent Block & Block-
"land. Je crois que ce ſoit le même
"que *Welſches* ou Walles. Autres di-
"ſent de *Flaccus*, du quel parle Ovide
"de Ponto. Le 3e Juillet un Mecredy
"ſur le Midy paſſé le Danube après les
"carres dominesques, les conducteurs
"desquelles oui le Porter qui nous a-
"voit annoncé ne nous firent pas grand
"accueil. Paſſé a Rouſtie, Bourg &
"chaſteau ſur le bord de la..... Ran-
"çonnes de trois Thalers ... couché a
"*Cerno Waivoda*, Bourg en un Vallon
"plaiſant. Le 4e disné au pré, & cou-
"ché, après avoir paſſé une haulte mon-
"tagne, qui ſemble avoir autrefois eſté
"toute pavée. Le 5e matin laiſſé les
"carres amuſés a prendre des chevaux
"échappés & pris le chemin avec qua-
"tre *quartiers*. Paſſé a *Crasgeda*, beau
"Bourg orné de belles Moſquées habi-
"té de Turcs; couché a Eski Stambol,
"Vicus Conſtantinople, Bourg près le-
"quel y a encores un .... de mu-
"railles de pierre quarrée blanche,
"presque entier, de grande eſtendue,
"ſur

"sur le bord d'une riviere. Le 6e pas-
"sé la riviere & des montagnes très
"haultes sans voie ne sentier; le 7e au
"matin passé Bousilko, village au des-
"sus d'une montagne — couché a *Ka-
"rabrunar.* Le 8e passé a Kirschall,
"couché a Kerabion. Le 9e Focarion,
"& ici est le commencement de la
"Grece & y sont les maisons un peu
"mieux basties & les villages mieux
"habités. Couché a Asarasch. Le 10e
"dîné a Schipasto, passé a *Visou*, ville
"antique, sur une colline, habitée de
"Turcs; couché a St. George. Le
"11e disné en un village près d'un Ser-
"rail, couché a *Scinegi.* Le lendemain
"matin passé des boys & montagnes
"quon disoit pleins de voleurs bien au
"nombre de 390. Le 12e disné sur
"le bord du Caradere, fleuve, couché
"a *Cares*, en Turc Cotschas. Le 13e
"le matin passé a Bobanasky belle Mos-
"quee — arrivé au soir a Pera, après
"avoir traversé je ne sais combien de
"milles en sepulcres, & passé la rivie-
"re de Byzance sur le pont.

Hactenus

Hactenus diarium Bongarsii. De itinere ipso alibi jam observavimus, non constare, quo consilio id institutum fuerit. Praeterea, desinit diarium, ubi maxime optandum foret, quaedam superesse. Nempe in adventu Bongarsii in urbe Constantinopoli. Inscriptiones quas per Hungariam & Transsylvaniam ille collegerat, hic exstant, & editae sunt, ut jam supra monui. Portenta & res miraculosas illo aevo vel apud homines eruditos & nobili genere natos fidem habebant. Non mirandum itaque, si talia in nostro diario collegit Vir aliàs summae autoritatis.

Subjuncta sunt in hoc Codice quaedam, de Bello inter Carolum Sudermaniae Ducem postea Suecorum Regem, & Sigismundum Regem Polonorum, quae pertinent ad res gestas anno 1602. Inter alia hic occurrit:

Joannis Zamoisky, Regni Poloniae Cancellarii, & Exercituum Generalis Ducis ad Carolum Sudermaniae Ducem Litterae diffidentiae, & alia.

657. Codex chartaceus. Octavo forma. XV.

Henrici Bullingeri Studiorum ratio, ad Wernerum Lithomium Presbyterum.

Huic subjunctus est libellus sive Epistola, hoc titulo: *de ratione Studii Bullingerus ad Berchtoldum Hallerum.* Prioris Epitome. Tiguri 1532. quam hic subjungimus integram:

"S. D. Scripsi. B. charissime ante an-
"nos aliquot libellum, ni fallor, non
"poenitendum, de ratione Studii, cum
"theo-

"theologici, tum prophanarum litera-
"rum, is nunc Constantiae aut Sancto-
"Galli apud Leonardum Hospinianum
"adolescentem eruditiss. latitat sive is
"describat sive aliis communicarit.
"Nam mihi quod tamen hactenus spe-
"raveram & expectaram non restitui-
"tur. Volueram autem ad te quam
"primum reddidisset, misisse. Hinc
"factum ut tanto jam tempore distule-
"rim tuis de ratione studii respondere.
"Sed paucis, haec tibi quae possu-
"mus, accipe. Quando quod volu-
"mus, non licet. Imprimis necesse
"est, ut diem dispartiaris in partes,
"quibus & Ecclesiastica Officia expe-
"dias, corporis curam in edendo, bi-
"bendo, deambulando, aut ociando,
"agas, accedentes audias, iis consulas,
"iis denique discutias quaestiones, &
"literis invigiles, cum sacris, cum pro-
"phanis. Auroram impendito studiis
"severioribus ac sacris. Post meridia-
"nas locato prophanis; post prandium
"ac coenam iis de ambulando respon-
"de, qui (ut fieri solet) nos adeunt, &
"sentiles, quod alias non crederes, par-
"titione

"titione ista temporis, & quod suo
"quaeque facias tempore, laborem
"omnem aliquo modo levari, & brevi
"multa posse fieri, & celeriter Sacra
"lecturus oratione fideli incipito. No-
"lo aut quorundam more legas, qui
"nunc in veteri mox Novo Testamen-
"to legunt, jam vero commentarios
"consulunt nunc aliud instituunt. Sa-
"cra lecturus integrum tibi authorem
"aut librum propone nec aliud tibi
"sume quam istum rite absolveris.
"Exempli causa Mosen lecturus Gene-
"sim, aut Deuteronomion, quae mo-
"saicorum operum nucleus sunt, ab ip-
"so protinus capite ordior primo, pro-
"gredior ad secundum, & sic dein-
"ceps. Non enim aliud legendum ac-
"cipio quam istum absolverim. Cete-
"rum dispartior & Authoris Capita in
"dies ut quaeque dies vel integrum
"habeat caput vel dimidiatum. Istud
"vero eruam. Paravi mihi locos com-
"munes, annoto & insigniora, ut il-
"lorum quae lego aliquis usus sit in
"sacris concionibus. Nec aspernor ve-
"terum aut neotericorum Commen-

"tarios, ſed iis modice & certo modo
"utor. Nullum vero invenias certio-
"rem exponendi modum quam ſi
"conſulas Hebraica in Veteri Teſta-
"mento, Graecanica in novo. Sed
"quis hoc poteſt? modicis initiis
"opus, ipſa ſeſe poſtea docet exerci-
"tatio. Haec quisque niſi exercitatus
"crediderit quam parvo negotio quis
"cum tempore, ad res ſummas pene-
"trare poſſit. Tot nunc ſunt Studio-
"rum ſubſidia in utraq; lingua, ut om-
"nino diſcere nolit, qui difficultatem
"aut inſuperabilem laborem cauſarit.
"Tot ſunt translationes, tot Annota-
"tiones totCommentaria doctorum ho-
"minum tum priſci cum noſtri Seculi,
"tot ſunt rudimenta, introductiones,
"Grammaticae, Dictionarii, ut aliud
"alio ſit clarius. Haec in hoc tam ſu-
"perſtitioſe moneo, quod te de lin-
"guarum dono deſperare nolim. Si
"non contigerit integrum, certe por-
"tio aliqua non denegabitur qua fiet,
"ut & certius & felicius in Sacris agas.
"Et ſane omnibus aliis donis praefero
"ſi quis non prorſus alienus ſit à lin-
"guarum

„guarum cognitione homo alias plus „doctus & judicio pollens prophanarum literarum lectionem volo nihilominus sit accurata & solida, ut „non prius alius sumatur in manus author, quam prior ille ad finem usque „sit lectus & perlectus. Interim nolo „te vagari in authoribus ut nunc hujus nunc illius principium libri vel „finem legas ceteris neglectis. Nam „obnubilat & memoriam distrahit & „conturbat. Imprimis aut legendos „censeo historicos & Philosophos. „Omnia complexus est sua Rapsodia „Sabellicus ut omnium historiarum & „historicorum summam habeat non aspernandam, qui Sabellici habeat Enneadas. Medullam vero cum Graecarum tum Romanarum historiarum „legerit qui Vitas Plutarchi legit. Brevia scripsit Justinus, copiosa Livius. „Sacra Josephus historicus nobilissimus. Nec interim aspernandus est „Eusebius. Volo aut in iis observes „hominum mores, consilia, eventus, „actus, ut inde, ceu ex humanae vitae speculo exempla liceat produce-

„re, denique & hominum mores ju-
„dicare &c. Ex Philosophis si chri-
„stianam Religionem spectes, nullus
„similior nostris L. An. Seneca, is in
„primis legendus est. Huic jungantur
„Ciceroniana, Cicero enim amoeni &
„jucundi ingenii homo breviter, per-
„spicue & facili eaque instructissima
„eloquentia colligit quae apud diver-
„sos Philosophos intricate traduntur.

„Inde si solidum malis legere & ex
„professo philosophicum virum, Pla-
„tonem legas. Nam ut Cicero alias
„in Oratorio praestat sic Plato in Phi-
„losophia. Huc fortassis pertinet ut
„ostendam qui potissimum ex Philoso-
„phis Christianis sint legendi, hoc est,
„qui extra scripturas, id est non in-
„terpretando Scripturas capita christia-
„nae Philosophiae tractarunt. Impri-
„mis igitur legatur Tertullianus de
„praescript. haereticorum liber. Subda-
„tur qui de Trinitate adversus Praxeam
„conscriptus est, & Apologeticus ad-
„versus gentes. Huic jungantur duo
„isti celeberrimi libri D. & non Ma-
„gni Athanasii adversus gentes scripti.
„Rursus

„Rursus elegantissimi isti doctissimi &
„piissimi 6. de institutione divina libri
„Luc. Caelii Lactantii Firmiani. Sep-
„timus chiliasten recipit, & idcirco
„cum judicio legendus. De Chiliaf-
„tis vero legere est apud Eusebium Ec-
„clesiast. Hist. lib. 3. cap. ult. & in 7.
„cap. 22. His pulchre junxeris doc-
„tos Augustini de Doctrina Christiana
„libros &c. Quod si varia delectant,
„lege lectiones antiquas Caelii Rhodi-
„gini, Chiliades Erasmi opus elabora-
„tissimum & necessarium. Plinium
„item & Volaterranum. Nam selec-
„tissimos tantum recito qui homini
„studioso satis esse possunt. Neque
„enim librorum copiam probo nec
„multorum lectionem inanem, sed
„lectorum librorum, ut scilicet in
„paucis habeas & legeris quae studio-
„so necessaria omnia & quod alii aegre
„cognoscunt & cum multis librorum
„Centuriis, id tu minimo negotio hau-
„rias ex unica librorum Decade.

„Ceterum Poëtica delectat, movet &
„pulchre imo evidenter pingit cum
„sceleribus sceleratos. Ad delectatio-

 „nem

„tionem ergo legas ut leves studii
„nauseam interim tamen dicendi vim
„observes & hominum mores discas.
„At certos ego à te legi velim Home-
„rum, Vergilium, Horatium, inpri-
„mis Terentium maxime & Ovidium.

„Sed & Dialectica & Rhetorica sine
„quibus omne jacet studium non erunt
„negligenda. Dialecticam vero dico
„non Hispanicam aut Copulatisticam,
„aut qualis omnino tractatur in Uni-
„versitatibus sed dicendi filium atque
„de re quavis quisque vere, copiose,
„perspicue, firmiter & pulchro ordi-
„ne, differere possit. Id vero satis di-
„gne adumbravit Melanchton, sed ne-
„mo dignius Rodolpho Agricola qui
„de inventione Dialecticae scripsit lib.
„3. Rhethorica tradit idem Melanch-
„ton lib. 3. Item Trapezuntius lib. 6.
„libros inquam & doctiss. & perspi-
„cuiss. sed nemo hactenus Ciceronem
„vicit. Qui vero omnium istorum
„brevem summam cupit, legat 2. lib.
„de Copia rerum Erasmi. Denique &
„Institutiones oratorias Quintiliani. Et
„hoc

„hoc tum maxime volo esse commen-
„data.

„Verum de istis omnibus copiose ad-
„modum & ad nauseam scripsimus in
„libro isto, quem supra citavimus &
„de ratione Studii inscripsimus; plura
„in praesentiarum non potui. Oro ut
„istis contentus sis & bene valeas. Ti-
„guri 1. Aprilis anno 1532.

Heinrichus Bullingerus
tuus totus.

D.

450. 4to. Codex chartac.

Petri Danielis Excerpta ex autoribus antiquis & observationes, praecipue commentarius in Satyras 1. & 2. Juvenalis.

Additae sunt huic volumini Epistolae eruditorum, Calvini, Casauboni &c. de quibus infra. Vide *Epistolas.*

201. fol. chartac.

P. Danielis miscellaneae Observationes & Emendationes in autores vetustos, praecipue Dioscoridem, Lucianum,

Theocritum, Juvenalem, Virgilium, Martialem;

Eas a manu Petri Danielis credimus. In libros & capita divisae sunt; sic tamen ut in proprios usus, non ad praela paratum videatur opus. Speciminis loco sequentia damus:

Caput I.

Stipula inlecta quae dicatur

„Stipula inlecta (inquit Cajus in lib. „de rerum & verborum sign.) est spi„cę in messe dejectę, nec dum lectę „quas rustici cum vacaverunt colli„gunt. Hic Jurisconsultus stipulas es„se ait spicas jam demessas ac super „culmos dejectas, nondumque in ma„nipulos concurrentes, quas rustici „cum otio abundant post duos aut „tres dies colligunt. Eas porro in cul„mos dejiciunt atque extendunt agri„colae, ut si repentino imbre madue„rint, desiccentur; plerumque quod „eis viminum, quibus manipulos li„gent, in presentia non est copia. „Sepe etiam quod tantum agri spatium „demessuerint, ut eas si vincire cu„piant, dies non sufficiat, quare id in „aliud

„aliud tempus procraſtinandum eſt „opus. Alciatus autem Commentator „ſic ait: Culmus eſt cum ſpica non „collectus ſed in metendo derelictus, „quem cum otium adeſt ruſtici deinde „metantur. Hîc, ut opinor, fallitur „Alciatus, qui ſtipulam hoc in loco „calamum eſſe putet, quem noſtri ru„ſtici metant. Cum ſtipulas ipſas eſſe „demeſſas ſpicas aperte tradat Cajus. — „Quare *dejectae* non *relictae* & *vaca„verint*, non *occaverint* legendum eſt, „eoque, quo nunc expoſui, ſenſu.

Cap. 2.

Ante diem decimum Calendarum, & poſt diem decimum Calendarum quid ſignificet.

„Ante diem decimum Calendarum & „poſt diem decimum Calendarum u„troque ſermone undecima dies ſigni„ficatur. Haec in libro de rerum & „verborum ſignificatione Pauli verba „obſcura ſunt, mihique, ut verum fa„tear, non ſatis cognita. Qui enim „ea lege mutuos nummos accepit ut „eos ante diem decimam Calendarum

 „ſolu-

„soluturus sit, quin eos aut nono aut „ad summum decimo prestituto red- „dat, nulla est ratio, nam qui unde- „cimo creditori annumerat, cum is „dies decimum sequatur, quo pacto „ante diem decimum eos reddidisse „fidemque suam liberasse dici vere po- „test? Hoc in nodo exponendo quam „aestuet laboretque Alciatus ex ejus „Commentariis cuivis perspicuum est. „Quamobrem *ante diem duodecimum* „& *post diem decimum Calendarum* „scribendum censeo. Utroque enim „modo dies qui cadit undecimus signi- „ficatur. Mea quoque exemplaria Lu- „tetiae anno 1524. a Chevallerio Ty- „pographo excusa *ante diem duodeci- „mum* recte habent, sicque legendum „affirmo.

De his duobus Capitibus vide Alciati de verborum signific. Comment. edit. Lugd. 1530. fol. pag. 125. & pag. 127.

Cap. 3.

An odoribus delectentur bruta animalia?

„Qui ne transversum quidem digitum „a peripateticorum disciplina exce-

„dunt nullum homine excepto animal „odore delectari afferunt, quos in eam „opinionem videtur haec Ariſtotelis „περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν oratio ad- „duxiſſe; διὰ γὰρ ταῦτα, καὶ μόνον ὡς „εἰπεῖν αἰσθάνεται τῶν ζώων ἄνθρωπος καὶ „χαίρει ταῖς τῶν ἀνθῶν καὶ ταῖς τῶν τοιού- „των ὀσμαῖς. Rurſus paulo infra: ὁμοίως „δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁτιοῦν οὐδὲν δυ- „σχεραίνει τῶν κατ᾽ αὐτὰ δυσωδῶν τὴν ὀσ- „μὴν, ἂν μή τι τύχῃ φθαρτικὸν ὂν, quod „ſic explicat Aphrodiſaeus. Τὸ στενοπό- „ρον τῶν ἀναπνευστικῶν ἐμφράττεται ὑπὸ „τῆς παχύτητος τῶν θυμιαμένων. Ego an „omnino vera eſſent quae ab his tra- „duntur ſepe dubitavi. Cum enim ca- „nes ac ſues ſed imprimis ſimias quos „eſturae ſint cibos prius olfacere quo- „tidie videam, atque ut aliis veſci ita „alios etiam abjicere, putavi eos aut „illorum odore gaudere, aut etiam lae- „di. Sin utrumque falſum eſt, quod, „ut inficiantur peripatetici, neceſſe eſt, „fruſtra in his beſtiis videtur olfactum „architectata natura, perinde enim eſt „olfactu carere, atque eo nihil affici. „Quasdam rerum ambuſtarum qui eis „foetet odor animantes pellit, quod

, ſi ita

„ſi ita eſſe omnibus liquet, mox pro-
„babo, quis etiam ex aliarum odore
„quo mire oblectentur eas volup-
„tatem capere non exiſtimet. Nec
„enim odoratum finxit natura ut tetras
„odores ſentiat, gratos nequaquam &
„jucundos (quae citharoaedi vocem
„audiunt aures, eaedem etiam ſtrido-
„rem ſerrae cum acuitur). Dioſcori-
„des peucedanum ſuffita ſerpentes fu-
„gare tradit, cur id igitur ſexcentae
„alias plantae non praeſtant. (Pepo-
„num odorem Elephantes in Aethio-
„pia mirum in modum appetunt). Ea-
„dem ille de Gagate perhibet, cur ideo
„infinita lapidum multitudo ea virtute
„orbata eſt? Cur in trifolio beſtias
„has negatur inveniri? quid eſt quod
„eas abigat fraxinus? Quid, quod
„ipſe ſegmento problemat. κδ. Ariſto-
„teles, brutas jucundo odore animan-
„tes laetari his verbis teſtatur. Διὰ τὶ
„τῶν ζώων ὐδὲν εὐῶδές ἐςι ἔξω τῆς παρδά-
„λεως. αὐτῇ δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς θηρίοις·
„φασὶ γὰρ τὰ θήρια ἡδέως ὀσμᾶσθαι.
„Cui autem verum non videtur jucun-
„do aut laeto odore animalia moveri,
„cum

"cum id ipsis etiam arboribus inesse te-"stetur is περὶ φυτῶν, p. 193. Theo-"phrast. Plin. Quis non - - - bom-"byces alliorum aut ceparum virus ex-"animari, thuris suffitu mirifice recrea-"ri. Vult igitur meo judicio Aristote-"les in homine odoramentorum oble-"ctamenta voluptatesque potissimum "inesse.

Caput 4. Juvenalis loca.

Satir. V. vers. 104.

"Aut glacie aspersus maculis Tiberinus. "Luporum duo sunt genera. *Uni* varii "sunt teste Columella, id est, quorum "dorsum ex albo caeruleum est (glacie "aspersum poeta vocat) venter candi-"dus, nigris maculis consperstus. Al-"teri sine maculis, qui appellantur la-"nei sive lanati a candore mollitieque "carnis autore Plinio. Uterque e mari "marinisque stagnis fluvios subit. Lu-"pus Tiberinus ab eo Poëta ibidem "contemnitur licet ab omnibus gulae "proceribus olim magno in precio ha-"bitus sit. Sed videtur is eos, ut ex-"crementis abundantes malique ideo "succi

"succi neglexisse, ipsi contra suavem "earum gustum ac pinguetudinem tan-"tum curasse. Cum ad Numidium Hos-"pitium Cassius Philippus divertisset "(ut apud Columellam scriptum legi-"mus) & sibi e vicino flumine lupum "appositum gustasset, expuissetque, di-"xit, peream, ni piscem putavi esse. "Usque adeo a Tiberino vel marino "differre cognovit, ut illum nomine "piscis indignum judicarit. Tametsi "vero lib. περὶ τροφῶν δυνάμεως γ. pis-"cium quorundam mentionem faciat "Galenus, qui Tiberini appellantur, "ad eos tamen Juvenalis sermonem ac-"commodari non posse suspicor, sed "ad ipsum ut exposui lupum; multa "quoque me in eam opinionem addu-"cunt, ut Galeni Tiberinos lupos esse "credam, tametsi magnis autoribus ad-"versari non audeam. Idem citato lo-"co Galenus prestantiores melioresque "in Varo fluvio pisces reperiri quam in "Tyberi prodit, cum tamen eum Varro "omnibus ut bonos alat amnibus ante-"ponat: Var vero cum sulphureus es-"se tradatur, vix bonis abundare pis-

"cibus

"cibus potest. Ego posthabitis homi-
"num testimoniis Tyberim hujusmodi
"alere pisces biennium perpetuum Ro-
"mae sum expertus; ut si quis eos in
"optimorum piscium numero reponen-
"dos censeat, plus ei fluvio tribuat
"quam res veritasque concedat. Nam
"Varronis hac in re verba ut civis Ro-
"mani accipienda sunt, suaque omnia
"impensius amantis ac mirantis.

Cap. 5.

JUVENALIS *Satyr.* 15. *vs.* 7.

"Illic caeruleos, hic piscem fluminis, illic
"Oppida tota canem venerantur.

"Si quid divinandum esse existimarem,
"per caeruleos marinos nam poëtae
"maria cerula vocant aut glaucos pis-
"ces sumendos putarem ita a colore . .
" . . . . . . nuncupatos. Est autem
"glaucus color ceruleus, qui & caesius
"& cyaneus dicitur. De hoc tamen
"pisce non loquitur Juvenalis nec cae-
"ruleos scripsisse suspicor, sed *Illic ae-*
"*luros* id est *feles*, quas ut deos im-
"primis

"primis Egyptios homines coluisse te-
"statur Strabo, ut statim ostendam,
"Herodotus in Euterpe, Diodorus
"Lib. 2. deinde ait *hic piscem fluminis.*
"Ego oxyrinchum, lepidotum & latem
"expono, a quibus nomus (qui in aliis
"provinciis strategia, praefectura, satra-
"pia vocatur) Oxyrinchites & Latopo-
"lites apud Plinium Lib. 5. Cap. 9. no-
"men invenit. Strabo lib. ιζ. Ἰχθύες
"δ' ἐν τῷ νείλῳ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, χα-
"ρακτῆρα ἴδιον ἔχοντες καὶ ἐπιχώριον. γνωρι-
"μώτατοι δὲ, ὅ τε ὀξύρυγχος, καὶ ὁ λεπι-
"δωτὸς, καὶ λάτης ἢ λίθος, καὶ ἀλαβῆς.
"Strabo libro 15. Τιμῶσι, δὲ τὸν ὀξύρυγ-
"χον καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἱερὸν ὀξύρυγχον. & 17.
"Καθάπερ τῶν πέζων μὲν τρία, βοῦν, κύ-
"να, αἴλουρον, τῶν δ' ἐνύδρων δύο λεπιδωτὸν
"ἰχθὺν ὀξύρυγχον. legendum tamen est.
"λεπιδωτὸν καὶ ὀξύρυγχον, aut λεπιδωτὸν
"ἰχθὺν καὶ ὀξύρυγχον. Idem Strabo lib.
"17. Herodotus in Euterp. Νομίζουσι
"δὲ καὶ τῶν ἰχθύων τὸν καλούμενον λεπιδω-
"τὸν, ἱερὸν εἶναι, καὶ τὸν ἔγχελυν. Est au-
"tem lates piscis ceracino & umbrae
"similis. Okyrinchus Raiarum est
"species. Lepidotum vero a squama-
"rum

"rum quibus egregie munitus est mul-
"titudine denominatum esse annotavi.

Cap. 6.

Κτένια, κηρύκια, pelorides.

„Κτένες, pectines, & κήρυκες buccini,
„concharum nomina sunt, quae etiam
„ὑποκοριστικῶς κτένια, pectunculi, καὶ
„κηρύκια nominantur. Trallian. lib. ζ.
„τῶν δὲ ἰχθύων ἐσθιέτωσαν τοὺς σκληρό-
„σαρκους, οἷον ὄρφον, γλαῦκα, (malim
„χαῦκον) κήριδα, κόκκυγα, καὶ ὀκτάπο-
„δα, id est polypum, καὶ σηπίας, καὶ
„τὸν ὀστρακόδερμον, ἀσάκους καὶ κηρύκια,
„καὶ κτένη, καὶ κοχλίας· a voce quo-
„que σηπίας σηπιδάρια, Plauto sepiolae,
„ducuntur: αἱ δὲ πελωρίδες, inquit lib.
„ϛ. Athenaeus, ὀνομάσθησαν παρὰ τὸ πε-
„λώριον. hic πελώριον loci nomen non
„est ut vellet quidam, sed ingens ac
„magnum significat. (Homerus Odyss.
„9. ἐνθάδ' ἀνὴρ ἐνιαυεπελωριός) id quod
„ipse ostendit Athenaeus, μείζων γὰρ
„ἐστὶ χήμης καὶ παραλλαγμένον. πελωρίδες
„igitur ostreae a magnitudine nomen
„invenerunt. Pollux lib. 6. an a Pe-
„lorio Siciliae promontorio cognomi-

„natae sint nihil statuit. Καὶ κόγχας πε-
„λωριχάς· ὅθεν ἴσως καὶ αἱ νῦν καλȣμέναι
„πελωρίδες ὀνομάσθησαν. recte ἴσως addi-
„dit Pollux, nam opinio haec a mul-
„tis jure exploditur quae tamen Isido-
„ro non displicet.

Capitum sequentium tituli hi sunt:

Cap. 7. Stephanus emendatur. Cap. 8. Virgilii locus. Cap. 9. Quo spatio videri possint oculi. Cap. 10. *Intres* quid significet. Cap. 11. Pisces recentes. Cap. 12. Melae locus; Antaeaei, omiae, pisces. Cap. 13. ἥττων καὶ κρείττων λόγος. Cap. 14. An boni malive quidquam ex nominibus suis hominibus contingat. Cap. 15. Horatii locus. Crp. 16. Aristotelis locus. Gap. 17. Graecos voces quasdam eleganter omittere, quas subintelligit autor. Cap. 18. Cavendum ne vocum affinitate decipiamur, in Medicina praecipue. Cap. 19. An peste laborantibus vena tundenda sit. Cap. 20. An Homericus Κύκεων humano corpori prodesse possit. Cap. 21. Quaedam piscium nomina, explicatur Horatius. Cap. 22. Calceo caedi. Cap. 23. Rhetoricam cujus initium ῥητορικὴ non fuisse ab Aristotele ad Alexandrum missam. Cap. 24. Quomodo

modo latini graeca locorum nomina, graecis contra latina explicuerint.

Inferuntur hic unico folio Emendationes paucae in Dioscoridem.

Post:

Cap. 25. Athenaei locus. Cap. 26. Gallorum Reges strimis mederi. Cap. 27. Gyrmas quid significet. Cap. 28. Veteres pileo usos. Cap. 29. Virgilii locus. Cap. 30. Messena. Cap. 31. Juvenalis locus. Cap. 32. *Insulatus*, Tranquilli locus. Cap. 33. Dama, dorcas, caprea.

E.

Epistolarum Collectiones.

8vo. Codex membran. XV.

Epistolae latinae anonymi.

Autorem Venetum esse, saltem ditionis Venetae Civem, ex variis harum Epistolarum locis conjectamus. Earum prima sic incipit:

„Gaudeo quamplurimum ac laetor in
„ea Te sententia esse ut nihil a me fieri
„sine causa putes.

Baptistae Guarini Veronensis esse credimus; cujus opera nunc ad manus non sunt.

Num.	E.	Sec.
A. 46. 4to. Codex chartac.		XI

Epistolarum a variis Ecclesiae Reformatae Doctoribus scriptarum collectio.

Quis fuerit harum Compilator, nescio. Inter eas magna pars sunt Theod. Bezae, Viri celebris, scriptae magnam partem, dum ille Genevae degeret ab anno 1570. ad 1592. Prima est JOH. CALVINI, quam, etsi inter ejus opera jam edita extiter, Amstelod. 1667. ideo tamen hic commemorare operae pretium est, tum propter argumenti gravitatem, tum, quia animi indolem Joh. Calvini aperit, & severa consilia in hereticos Protectori Anglorum Eduardo *Seymour* data continet. Est praeterea gallice exarata, quum in editione Amstelod. latine extet.

Inscriptio Epistolae in nostro Codice haec est:

„Lettre de Jean Calvin, Ministre à Ge-
„neve, à Edouard Seymour, Comte
„d'Herford, & Grand Chambellan
„d'Angleterre, Oncle du Roy Edouard
„VI. Duc de Sommerset qualifié Pro-
„tecteur du Royaume.

Eduardus VI. Henrici VIII. ex Seymouria filius, in tenera aetate Regnum adeptus summam de se optimae indolis & virtutum spem fecerat. Sed brevis fuit illa temporum felicitas. Anno enim Regni sexto, aetatis XVI. Christi Nat. 1553. fatis abreptus est. Favebat dogmatibus Reformatae Ecclesiae. Adjuvabat Regis pueri consilia Eduardus Sey-

mour

mour, ad quem haec Calvini Epistola scripta est, anni notam non praefert. Editio vero Amstelod. Genevae 22. Octob. 1548. scriptam testatur. Sic vero incipit:

„Monseigneur, combien que Dieu „vous ait pourveu d'une singuliere „prudence, magnanimité, & autres „vertus requises a l'Etat ou il vous a „institué, & aux affaires qu'il vous a „mises en main, toutes fois d'autant „que vous me tenés pour serviteur de „son fils, auquel vous desirés surtout „d'obéir, je me tiens assuré, que pour „l'honneur de lui vous recevrés hu„mainement ce que je vous escris en „son nom, —

& paullo infra:

„A ce que j'entens Monseigneur, vous „avés deux especes de mutins qui s'es„levent contre le Roy & l'Estat du „Royaume. Les uns sont gens fan„tastiques (forsan fanatiques) qui sous „couleur de l'Evangile voudroient „tout mettre en confusion. Les au„tres sont gens obstinés aux supersti„tions de l'Antechrist de Rome, tous „ensemble meritent bien d'estre reprins

„tariis hominibus certe valde indoctis „scriptitantur. Prohibent me scrip„tionibus longioribus incumbere per„petuae de mea praesertim Gallia sol„licitudines, quibus liberabor, quando „volet Dominus. De rebus Gallicis. „In Occitania Danvillanus, in Avernia „Turenensis prospere nuper admodum „rem gesserunt. Condensis & Cazi„mirus tandem superatis fluviis Ligeri „& Elavore, sese in Biturigum & Le„movicum finibus cum Alenzonio con„junxerunt, quorum cunctatio multos „in malas suspiciones adducit. Con„firmant vel obfirmant sese vicissim Re„gii Catholici nostris tamen adhuc im„pares. Agitantur interim de pace „consilia: sed quae sit pax futura „non video, auctoritatem iis reti„nentibus, qui sunt istarum calamita„tum omnium Authores ac fautores. „Si serio agatur de pace, arbitror me „quoque illuc accersendum, quo ta„men non facile accedam. Ubi noster „nunc sit Moncoius scire percupio, & „ubicunque sit ex me salvere. D. Her„desianum, D. Schlusselbergerum,

„D. Ca-

„D. Camerarium velim quoque, nisi
„molestum est, ut ex me quam offi-
„ciosissime salutes. Vale vir reveren-
„de & charissime frater. D. Jesus te
„familiamq; totam custodiat ab omni
„malo, tuisq; laboribus magis ac ma-
„gis benedicat. Genevae 26. Februa-
„rii 1576.

Tuus Beza.

Fido Jesu Christi Servo,
D. CONSTANTINO FABRICIO
Norimbergensis Ecclesiae Pastori & fratri mihi summe observando.

Norimbergae.

„S. Heri tuae mihi redditae sunt, mi
„frater, 24 superioris mensis datae:
„meas vero postremas spero tandem
„fuisse tibi redditas, una cum meo ad
„D. Monavium responso, si bene me-
„mini; ex quibus cognovisti perlatas
„ad nos fuisse priores illas tuas mense
„Junio scriptas una cum D. Mona-
„vii nostri epistola, & caeteris, quae
„eodem fasciculo incluseras: de quibus

„tibi gratiam habeo. In iis etiam tibi „mentionem faciebam decem illorum „tallerorum a Monavio noſtro apud te „depoſitorum, quos neſcio an cuipiam „nobis tradendos commiſeris. Ad eos „autem ſi acceſſerint de quibus ſcribis, „nunquam magis opportune potuerit „pauperibus noſtris ſuccurri, quorum „& numerus & inopia quotidie ſic ex- „creſcit, ut ſi diutius perrexerit haec „calamitas, incidere noſtros Diaconos „in eas difficultates oporteat, unde „nullus nunc quidem nobis apparet „exitus. Sed in eo confidere pergi- „mus, per quem ut inquit noſter Pau- „lus 2. ad Corinth. 4. 8.

„De rebus noſtris, valde nobis fune- „ſtus fuit menſis ſuperior, hoſte cum „tanto, Hiſpanico praeſertim, equita- „tu in praefecturam Gajenſem ingreſſo, „ut noſtri temere illis occurrentes par- „tim captis, partim caeſis ad 120. „quamvis non prorſus multi fuerint in „urbem repulſi, Deo ſic iſtam cladem „moderante, & hoſtium impetum re- „morante, ut cum una cum noſtris „permixti, tormentis repelli à mani-

„bus

„bus noſtris non poſſent, & porta re-
„cipiendis noſtris maximo cum peri-
„culo pateret, in media noſtrorum
„perſecutione ſubſtiterint. Ab eo ve-
„ro tempore intra moenia nos quidem
„ſubſtitimus: Hoſtes autem, priores
„illam ſuam utramq; inauditam barba-
„riem, (cujus qualemcunque deſcrip-
„tionem Germanice vertendam & in-
„ter amicos ſpargendam ad te mitto)
„longe lateq; ſupergreſſi, non miſeris
„mulierculis, non Senibus qui ſuper-
„fuerant decrepitis, non ipſis lactanti-
„bus puerulis, quos contis & enſibus,
„una cum ipſis matribus transfixerunt,
„illorum immanitas pepercit, & ex
„viris, quibus frequentiſſimis plena
„fuit illa fertiliſſima regio, vix ſuper-
„ſint aliqua trium veſtigia. Nec vero
„jam aliud ſupererat, niſi ut arbores
„& vites etiam ipſas immaturis uvis
„gravidas ſucciderent, quum Deus in-
„jecta, ut audimus, Sabaudo in Del-
„phinatu & Provincia, quam vocant,
„ſuccurrendi neceſſitate, illos in inte-
„riorem Sabaudiam revocavit, magno
„tamen adhuc nobis imminente metu,

„ne

„metu, ne expectata vindemiae matu-
„ritate regressi, alteram quoque qua
„circumcingimur, Tononiensem vide-
„licet praefecturam, quamvis & ipsam
„paucis nostri territorii vicis exceptis
„ipsi Sabaudo subjectam, pari imma-
„nitate purae religionis odio depopu-
„lentur. Interea semel atque iterum
„inter Evangelicas Helveticas civitates,
„primum de hoc bello commodis ali-
„quibus conditionibus, vel componen-
„do vel per inducias intermittendo dis-
„ceptatum est: deinde vero cum sese
„iniquissimum arrogantissimus Sabau-
„dus praeberet, de vi per vim repel-
„lenda, & liberanda Geneva (quod ut
„fiat, maxime totius Helvetiae inter-
„est) fuit coram ipso Regio Legato de-
„liberatum, sed reipsa nihil adhuc ef-
„fectum est: tam sunt nonnulli in eo
„ in quo si adhibita fuisset ce-
„leritas, qua fuit opus, vel in istas
„difficultates nunquam incidissemus,
„vel jampridem res omnis esset felici-
„ter transacta, quantum quidem con-
„jicere plurimis argumentis possumus.
„Videtur ergo nunc liberatio nostra

„pen-

„pendere prorſus à rerum Gallicarum, „ac praeſertim à Pariſiorum obſidionis „exitu, niſi fortaſſe Rex urbem jam „illam plus quam Saguntina fame preſ„ſam, nec ſane ut fama eſt, pluribus „vivis quam cadaveribus plenam rece„pit. Tenet tamen nos adhuc valde „ſuſpenſos, quod litteris heri ex Lin„gonibus acceptis audivimus, Dume„nium videlicet, partim collectis hinc „inde, partim à Duce Parmenſi rece„ptis quatuor equitum millibus, du„plo majore peditatu, Metas usque, „quae civitas diei unius hiberni itinere „à Pariſiis diſtat, acceſſiſſe, cui Rex „ipſe paribus ex ſuo exercitu, nec in„termiſſa Pariſienſi obſidione, delectis, „jam tum occurrere coepiſſet, quum „harum rerum nuncius inde diſcede„ret, quod circiter 28 ſuperioris men„ſis diem factum arbitror. Itaque aut „jam ſecundo certatum eſt juſto proe„lio, aut receſſit Dumanius, & dedita „eſt Lutetia. Quod ſi quid minus fe„liciter interea geſtum eſſet, jam pri„dem hoſtes ſpargendam ea de re fa„mam, miſſis quaqueverſum litteris „curaſ-

„curaſſent. Interea ſollicite de Galliae „totius, tum de noſtra, imò etiam de „vicinarum omnium regionum ſalute, „ſicuti par eſt laborantes, quicquid „nobis evenire voluit, & deinceps eve- „nire voluerit Dominus in ſilentio & „ſpe expectamus. Vos autem & bo- „nos iſthic omnes aſſiduis precibus mi- „nime nobis defecturos confidimus. „Et haec quidem nunc habui mi fra- „ter, quae tibi & per te communibus „amicis omnibus, ac praeſertim ſum- „mis illis, ac mihi amiciſſimis viris, „D. Peuzero, D. Monavio, & D. Es- „romo ſignificarem, quos omnes ve- „lim, ut ex me quam officioſiſſime ſa- „lutes, petita meo nomine venia, quod „nullas ſibi privatim litteras inſcriptas „à me accipiant, ut qui Iſchii dolore „preſſus, vix etiam dictare potuerim, „alioqui caetero corpore, Dei benefi- „cio ſatis valens. Bene vale, ſumme „obſervande frater, Dominus Jeſus ti- „bi tuisque ſanctis laboribus magis ac „magis benedicat. Genevae 12 Aug. „1590. non Gregoriani ſed Juliani.

Tuus Beza.

A Do-

„A Domino Penzero noſtro quid poſ-
„ſit proficiſci, quod non magnopere
„probem? Scriptum illud tamen de
„quo ſcribis, neque memini me lege-
„re, neque requiſitum inter meas ſche-
„das inveni. Ut nunc ſint omnia mea
„in iſtis perturbationibus disjecta &
„confuſa. Scribam igitur ea de re ad
„D. Grynaeum noſtrum: Quod ſi tibi
„moleſtum non erit illud idem ſcrip-
„tum, unà cum apologia, cujus in
„poſtremis tuis meminiſti alicujus ma-
„nu rurſus exſcribendum curare, val-
„de fueris mihi gratificatus. Sed vide
„ne cui temere iſta committas.

„Ignoſce vacillanti manui meae, &
„amanuenſis lituris.

Illuſtri Domino, Domino
JOACHIMO, *antiquioris proſapiae Comitum, comiti in Ortenburg; Domino meo clementiſſimo & ſumme obſervando, Electoralis Palatinatus in Bavaria proprincipi.*

"S. Primum ingentes amplitudini tuae
"gratias ago, hujus totius civitatis &
"Eccleſiae

"Ecclesiae nomine, de literis ad me
"paulo post illius legati istinc discess-
"sum scriptis, quibus singularis in eam
"benevolentiae plenis, satis superque
"testari dignatus es christianam illam
"tuam super nostris miseriis . . . . .
"verum illud veri Christianismi . . .
" . . . . Deinde etiam atque etiam à
"te rogo, Illustris mi Domine, ut
"tam diuturnam meam in respondendo
"cunctationem, ne negligentiae qui-
"dem ulli, nedum ingrato animo tri-
"buas. Sed partim miserae isti condi-
"tioni nostrae condones, quae facit
"ut tacendum mihi potius putem quam
"tristissimis argumentis quemquam fa-
"tigandum: partim etiam morbo im-
"putes, qui me totum sesquimensem
"sic afflixit, minime id quidem febri,
"vel alio ullo dolore vexatum, sed ita
"corporis viribus debilitatum, ut me
"mihi quidem ipse vixisse videas. In-
"de vero Dei beneficio, ita recreatus,
"ut publicum etiam meum munus ali-
"quatenus obire coeperim, nihil habui
"antiquius, quam ut meo erga te of-
"ficio tandem aliquando satisfacerem.
"Quod

"Quod si rogas, (ut te de nostris rebus
"sollicitum esse non dubito), quo nunc
"in statu sit Geneva, scito illi praeter
"fortem & constantem animum, & ad
"perferendum quicquid constituerit
"Dominus comparatum, usque adeo
"deesse omnia, ut bonorum subsidio,
"ac praesertim precibus, quibus prae-
"cipue nitimur, nunquam magis indi-
"guerit. Nam & procul à nobis ab-
"est, & domi plus satis adhuc iisdem
"tempestatibus exercetur, qui nobis
"alioqui est amicissimus. Ex aliis vero
"non desunt, qui in communi pericu-
"lo malint esse spectatores, quam suas
"partes agere; ut rara semper fuerint
"verae amicitiae exempla. Utcunque
"vero res ista sit cessura, quum non
"modo justissima, verum etiam peni-
"tus necessario nobis suscipienda fuerit
"& animarum & corporum defensio:
"pergimus recta conscientia & hujus
"causae bonitate freti, pendere ab ejus
"promissis, qui nos adhuc admirabili-
"ter adversus omnem hostis immanissi-
"mi saevitatem simul & versutiam con-
"servavit: & cujus fidei nos nostraq;

"omnia commiſimus. Caeterum ut ad "te redeam Illuſtris mi Domine, quod "te videam ad caeteras tuas virtutes ad-"junxiſſe ſingulare cognoſcendarum de "Religione controverſiarum ſtudium, "meis iſtic adjunxi pagellis aliquot "comprehenſam commentatiunculam "de infeliciſſimis illis diſſidiis, nuper in "Septentrionali Germania, maximo "cum bonorum omnium offendiculo "renovatis: quam etſi juſtiſſima indi-"gnatio extorſit, ſic tamen temperaſſe "mihi videor, ut ne iis quidem qui "hac in re à nobis plurimum diſſident, "ingratum fore hunc meum conatum "confidam. Tu vero Illuſtris mi Do-"mine, hoc mihi pro humanitate tua "ſingulari concede, ut iſtud meae in "tuam amplitudinem obſervantiae pi-"gnus eſſe patiaris. Bene vale, & tot "tantisq; virtutibus macte eſto magis ac "magis. Deus inquam Opt. Max. ma-"gis ac magis ornare te & cumulare no-"varum benedictionum bonis quotidie "perſeveret. Genevae 26 Martii 1593.

Illuſtri amplitudini tuae addictiſſimus *Theodorus Beza*, corde quidem per Dei gratiam, ſed manu ſic vacillante, ut aliena uti cogatur.

Num. E. Seculi

ERASMO JOANNIS, *Arianiſmi apud Claudiopolitanos Doctori καϑαρατω.*

Claudiopoli.

"Ergo adhuc ſpirat tuum os iſtud im-
"puriſſimum! adhuc blaſphemando lo-
"qui, imo etiam ſcribere, ille te ſuſti-
"net, quem ſi verum ut eſt, filium
"Dei veri patris eſſe credis, teipſum
"tuasq; blaſphemias omnes ſatis refel-
"lis: Sin vero hominem duntaxat, an-
"te annos circiter mille ſexcentos, exi-
"ſtere coepiſſe vis, abi impure cum
"omnibus Antropolatris. Illum autem
"patrem quisquis ſolum eſſe verum il-
"lum Deum excluſo à Deitate filio,
"contendit, qua tandem ratione pa-
"trem vocarit? Immo tunc me etiam
"auſus es tuis blaſphemis literis atten-
"tare. Sed bene eſt, quod tuum illud,
"vel Duditii tui ad hanc impietatem
"magiſtri ſcriptum iis adjunxiſti: ex
"quo vel unico veſtros illos enthuſia-
"ſticos ſpiritus, quis tam caecus erit,
"qui non animadvertat. Haec igitur
"ſemel habeto. Quem mihi minime
"de ullo errore ſuſpectum, levi ſane

"occasione, laudavi, nunc mihi cogni-
"tum, ut Deo & omnibus detestor; &
"te nostro illi filio Dei, patri . . . *
"eidemq; secundum carnem fratri no-
"stro primogenito, vel sanandum, si
"adhuc sanabilis es (quod vix sane spe-
"rare ausim) vel justas tandem & aeter-
"nas tuae horrendae impietatis poenas
"daturum relinquo, nec mihi posthac
"tecum quidquam negotii esse volo.

Genevae 29. Aug. 1593.

* Pauca desunt.

Theodorus Beza.

141. fol. Codex chartac.

Epistolarum autographarum collectio, olim Bongarsii.

Hoc volumen, quum plurima contineat tum ad negotia publica, tum ad rem litterariam, quae notatu digna sint, Indicem accuratum, ordine paginarum servato publici Juris facere lubet. Argumenta Epistolarum, quae mihi caeteris praestare videbantur, vel personarum vel rerum pondere, descripta reperiet lector. In eodem Codice varia apographa diplomatum adjunxerat Bongarsius, quae indici nostro inserta sunt. Tandem integras aliquot Epistolas ex nostro Codice edidi, quae mihi luce dignae videbantur.

Index

INDEX EPISTOLARUM,

quae continentur volumine MS. 141.

1. A mon cousin le P. de Chastillon Admiral de France, au sujet d'un Memoire remis au Sr. de Briquemault; & de l'avis de l'Amiral, qui étoit de rendre les Villes &c. à Bloys le XXVI. de Mars 1572.
Signé Charles. & plus bas Pinart.

2. Copie. à mon Oncle Mr. le Duc de Savoye, au sujet de quelques uns de ses Sujets que le Duc avoit punis d'avoir porté les armes contre le Roy. à Bloys, le 18. Sept. 1571.
Votre bon neveu Charles.

3. à Monsieur le Baron de Lychtenstein; au sujet de Mr. de Bongars, le recommendant au susdit, dans son Ambassade en Allemagne, à Nyort, 12. Fevrier 1589. Votre très bon & meilleur ami. Henry.

4. à Monsieur le Baron de Zerotin Saxon. au même sujet, sans date. Votre plus affectionné & assuré ami. Henry.

5. du Prince Henry de Condé à l'Admiral de Coligny, sans adresse; commence ainsi: *Mon oncle, jai été bien aise de congnoitre &c. &c.* au sujet de son Voiage à la Cour; avertissement de se garder de ses ennemis. à la Rochelle ce 7. Sept. 1571.
Signé Votre bien humble & cher Nepveu Henry de Bo.

6. Dem Hochgebohren unserm besondern Freund Herrn Nic. de Tur Vicegrafen von Je.

Grafen v. Mont. königl. Maj. zu Franck-reich Abgesandten. Sultzbach den 1. May 1591. Georg Friderich Marchgraf zu Brandeburg.

7. ad Bongarsium. Comes Mansfeldius nunciat Landgravium (Hassiae) Ludovicum favere partibus Regis Christianissimi; Se misisse ait Dn. Weissium, ut Darmstadi cum Landgravio Mauritio colloqueretur, de eodem negotio (nempe ut partes tueretur Regis Christiani).

Hanoviae 29. Martii 1596.

Signé Tui amantissimus
Ernestus Comes Mansfeldius

8. ad Bongarsium, ejusd. Mansfeldii ... dixit se fuisse in Ducatum Wirtembergensem missum à *Capitulo suo* (erat Canonicus Capituli Coloniensis, & etiam Capituli Argentinensis. Vid. ISELIN Dict. histor.) Obtinuisse se ut armis positis amicâ transactione lites Dux Wirtenbergicus componeret. Queritur de temporum injustitia, quae se cogeret a rerum publ. negotiis abstinere, nisi speraret se Regi posse utilem esse.

23. Augusti 1592.

9. ad eund. a Mansfeldio; filiam amissam luget. 9. Novemb. 1595.

10. ad Bongarsium Mansfeldii. Data Oberkirchii oct. April. 1597.
In post scripto dicit se multis insidiis ab inimicis circumdatum esse, & in oppido suo securiorem quam in Urbe.

11. ad-

11\. ad Bongarsium Mansfeldii. — Queritur quod Cardinalis Lotharingius & ipsi adhaerentes Capitulares, Regem & Germaniae Principes nihili faciant; & decreto in aula Caesaris contra se & Comitem Solmium cuso, id probat. Quod contra pactum Sarburgi conventum pugnet; & rogat Bongarsium ut de hac re Regem per Litteras instruat, qui seipsum multum juvare possit.

Keltersbach $\frac{14}{24}$ Jan. 1601.

Inscriptio:

Nobilissimo Viro Dn. Jac. Bongarsio Regis Christianissimi ad Germaniae Principes Legato amico charissimo.

Francof. ad Moen. in aedibus Claudii & Marne.

12\. ejusd. ad Bongarsium — Queritur quod Administrator Argentinensis in se persequendo strenue pergat. „Elector Pala-„tinus & Dux Bipontinus nuper me „inscio ipsum admonuerunt de com-„ponendis dissidiis quae mecum ha-„bet; sed accepêre responsum ipso & „tantis Principibus indignum. Inte-„rim me bonis in Episcopatu carere „oportet. Si tibi consultum videre-„tur, rogarem ut Rex suam interpo-„neret authoritatem.

Hesepuslingae, XI. Junii 1603.

13. Dem Edlen, unserem lieben besonderen Jac. Bongarsio, der kön. Maj in Franckreich u. Nav. Abgeordneten in Teutschland. Herman Adolff Grave zu Solms, Herr zu Müntzenberg u. Sonnenwald: Glückwünschung wegen Entdeckung der Bironischen Conjuration. Berichtet Hrn Bongarsium, wie daß der Kayser Commissarios nach Straßburg verordnet habe; zwischen dem Hause Brandeburg und Lothringen, pro tertio, als Leopoldo Austriaco zu handeln; recommendirt Hrn. Bongarsio solches Ihro Maj. zu entbieten, anbey seine und seines Schwagers v. Mansfeld Interesse in Acht zu nehmen. Sultzbach, 27. Junii 1602.

14. Gaspar Colignius Nic. Beraldo.

"Quoniam, & quidem contra morem "tuum (animus enim tuus ab iis abhor- "rere videtur) aulicarum rerum certior "ex me fieri cupis, & si tam magnis "atque arduis rebus ingenium meum "immiscere non fuerim solitus, pro mu- "tuâ tamen inter nos benevolentia ho- "nestae tuae cupiditatis lubenter ob- "temperans, quidquid ex aliis audiero "& edoctus fuero quam potero fidelis- "sime ad te perscribam.

"Primum igitur Pontificem mortuum "esse, nemo est qui affirmat. Com- "pertum est tamen eum adeo graviter "egro-

"egrotasse, ut indies mors potius quam "vita exspectetur. Romae viros passim "armatos cerneres partim praedae im- "minentes, partim ad aedes suas ab "aliorum insolentiâ tuendas. Sexto "Idus Septemb. è Massiliensi portu sol- "veruntCardinales nostri atque Romam "ingressi. Comitiis jam adesse omnes "arbitrantur; sed maximas vides diffi- "cultates, mare aut communibus ge- "neris humani hostibus teneri, aut gal- "lico nomini parum amicis, agrum "Romanum bello flagrare, atque ut "paucis absolvam, omneis aditus un- "dique esse clausos. Nihilominus in "tam ancipiti & dubiâ rerum omnium "fortunâ, Rex suum non dejicit ani- "mum imo spei quasi jam certissimae "plenus. Quotidie venando cervos "cursu fatigat, aut venabulo intra pla- "gas apros interficit; nos quoque in- "terdum pari tenemur studio. Potio- "rem tamen operam in Ciceroniana "Lectione & Ptolomei tabulis Maino "damus, in quibus aliam ac Theocre- "nus secutus rationem Cosmographiam "adjungit & potissimum quae ad loco-

"rum longitudinem & latitudinem ſpe-
"ctant, additis meridiano & paralle-
"lis. Habes res aulicas ut ſcire potui;
"tu viciſſim ſi te non piget, tum in
"Urbe tum domi tuae quae agantur,
"certiorem me facias. Mainus te etiam
"atque etiam reſalutat. His litteris
"ſcriptis, certiſſimus tandem nuncius
"de Pont. obitu tum allatus eſt, cum
"omnes illum convaleſcere arbitraren-
"tur.

Sine loci vel temporis notâ.

15. A Monſieur du Breuil Conſeiller du Roy & ſon Ambaſſadeur à Veniſe. Du Cardinal de Lorraine. Il mande à Mr. du Breuil le peu d'apparence qu'il y a à une heureuſe fin du Concile; & l'avertit que Mr. de Lanſſac & lui l'informeront de tout ce qui s'y paſſera.

de Trente, le XIII. Decemb. 1562.

Votre bon ami
Charles de Lorraine.

16. Ad beatiſſimum Patrem; à Card. Lotharingio.

Longe moleſtiorem ſibi cauſam ſcribendi eſſe ait: "Nempe quod ſatis antea ſuſpica-
"bamur haereticos eſſe quamplurimos
"non contemnendi nominis. Nimirum
"toto hoc menſe praeter opinionem
"experti

„experti sumus, magno gentis nostrae „dedecore, magna sceleratissimorum „hominum audaciâ, majore quod pe„jus est cognomento collabentis avitae „& catholicae Religionis, ni Dus Deus „adjuvet, & tu Pater SS. non desis. „Haec omnia latius exponet Dus de la „Bourdagnere, qui has S. V. perferet. „. . . . quod vero presentius ad„ferri possit remedium non video, „dum de Concilio gener. deliberabit „S V. (quod cogendum nunquam cen„serem; ni subscribant prius Seren. „Imperator & cum Christ. Rege Rex „Catholicus & unâ omnes in exsequen„dis S. Concilii Decretis se non defu„turos polliceantur) quam si R. Card. „Turnonium. S. Collegii Decanum „hûc quam citissime mittat S. V. cum „autoritate Legati de Latere ad Re„gem, nullis aliis adjunctis faculta„tibus, . . . nisi ad visitandos & re„formandos in Ecclesiâ Gallicana cor„ruptissimos mores. &c.

Ambasiae, *Amboise*, 20 Martii 1561.

Alii cuidam inscripta est haec Epistola; quae descripta videtur ex autographo.

17. ad

17. ad Bongarsium; à Duce Bullonio.

„Monsieur Bongars. Je suis arrivé en „ce lieu (Sedan) pour n'y demeurer „que peu de jours. Aiant comman„dement du Roy de le retourner trou„ver. Les Entreprises de Marseille & „de Metz nous tiennent tous en sus„pens. Avec le longtems que l'armée „de Mr. de Savoye a desmeuré sans se „rompre nous avons au dedans quel„ques petites désobéïssances, comme „à Poitiers ou le Commissaire Monsr. „d'Amours envoié pour l'établissement „da la Pancarte ne l'a établie, mes est „sorti de la Ville avec crainte de sa „personne. Le Roy a congedié l'As„semblée de Saumur. Monstrant avoir „quelque jalousie que cela formast un „corps dans son Etat. La durée de „ladite Assemblée n'estant accordée par „nos traités que jusques à l'établisse„ment de la Chambre de Nerac. La„quelle establie nous n'avons rien à „nous plaindre du Roy auquel on a „fait voir que ceux de la Religion ne „pouvoient demeurer sans un ordre „par lequel ils lui pussent représenter „les

„les inexécutions ou contraventions à
„l'Esdit. Après en avoir S. M. enten-
„du les raiſons il a accordé que il lui
„ſera envoié deux deputés pour ſe te-
„nir près de lui pour plendre les plain-
„tes de ceux de la Religion & les lui
„repreſenter;que pour choiſir ces deux
„deputés quil permettra une aſſemblée
„generale qui ſe tiendra à Ste Foy
„pour les eslire. Ce qui leur a don-
„né tout contentement. Nos Egliſes
„croiſſent. La paix & cette union nous
„doit faire eſperer un grand fruit de
„l'augmentation des Egliſes. Je ne ſais
„ce qui aura ſuccedé de ce traité de . .
„veu la publication de la Ligue du
„Pape & du Roy d'Eſpagne, ne ſa-
„chant ſi l'Empereur y entrera.

„Mais le reſpect du Roy me fait croire
„quils ne ſongeront pas à l'attaquer.
„On nous dit que Mr. l'Electeur doit
„aller trouver l'Empereur & que le
„Prince d'Anhalt l'a auſſi promis. Ce
„ſera a qui mieux s'acquierra la bien-
„veuillance de ce Prince en oubliant
„la liberté de leur patrie. Je vous
„prie

„prie de donner l'adreſſe à ce meſſager „où il trouvera Made. l'Electrice & „ſon Mari.

„J'ai répondu aux Voſtres ſur le fait „de la chartreuſe (une affaire qui re„gardoit Mrs. de Strasbourg).

„Comme je partois de Paris, on me „dit que le Sire de Graviſet y debvoit „arriver; il l'aura fait en un tems très „mal propre auquel les Etats ſont faits „& où les oreilles en matiere d'argent „ſont les plus fermées aux choſes „pour juſtes quelles ſoient ſi bien que „de toute néceſſité il faudra attendre „la fin de l'année. Je ne partirai de „tout ce tems là de la Court, & Vous „prie croire que j'en ferai comme pour „moi meme, mandés nous de vos nou„velles encores qu'elles même trou„vent ici. Vos Lettres me feront ren„dues ſurement Je voudrois pouvoir „Vous être utile en quelque choſe &c.

Votre affectionné & meilleur ami

Sedan ce 4. Juin

Henri de la Tour.

Num. *E.* *Seculi*

18. A Mr. de Boiſtaille, Conſeiller Maitre des Requetes de l'hoſtel du Roy, & ſon Ambaſſadeur à Veniſe

de Mr. de Lanſſac, Ambaſſadeur du Roy au Concile de Trente.

Il lui mande diverſes nouvelles, & particulierement du Concile. Il dit que l'on preſſe extrêmement les deciſions, pour prévenir l'arrivée des Prelats François; malgré les remontrances que lui faiſoit de la part du Roy.

à Trente ce 6. Septembre 1562.

19. A Monſr. de Boiſtaille, id. qui ſupra; de Mr. de Lanſſac, écrite de Trente.

Il lui aprend que le Comte de Lune Ambaſſadeur d'Eſpagne vint à la derniere Congregation où il fit faire la lecture des Lettres du Roy avec une proteſtation; & s'aſſit après la lecture, hors du rang de tous les Ambaſſadeurs, vis à vis des Legats. Ce fait un arrogant Docteur Eſpagnol prononça une oraiſon pleine de menſonges pour exalter ſon Maiſtre avec peu de reſpect envers les autres Princes.

le 26. de May 1563.

20. De Mr. Dandelot à la Reine Mere du Roy.

Il lui apprend l'aſſaſſinat d'un Gentilhomme qu'il avoit envoié à Auxerre; il lui fait des plaintes ſur les déſordres du Royaume. Il ſe diſculpe ſur l'accuſation, ou le reproche qu'on lui faiſoit d'avoir pris les armes la veille de St. Michel. Il ſe plaint des perſecutions, qu'on fait à ceux de la Religion, parce que les opinions ne ſortent ni par le feu ni par les armes.

21. Mich. Hoſpitalis vita, gallice; & alia miſcellanea à Bongarſio collecta, Loci communes, quibus Bongarſius ipſe adſcripſit: à choiſir & à conſerver.

22. Henrico Memmio Mich. Hoſpitalis S. D. amice illum conſalutat; inde haec:

"Fateor quidem dum iſtic fui monſtra "multa oppugnaſſe non tamen confe"ciſſe. Plus illa roboris habuerunt in "affligendâ vel potius perdendà Rep. "quam ego prudentiae vel conſilii in "eâ tuenda. . . . otium & pacem pa"triae ſemper neceſſariam & utilem "putavi. Ejus pacis te miniſtro & in"terprete confectae laus tua collegaeq; "tui propria eſt. . . . Sed iſtas actio"nes tuas melius ornabit Paſſeratius "tuus, aut potius noſter, cujus mira eſt "in ſcribendo carmine felicitas . . . . "Quod extrema Epiſtola ſcribis invi"diam me domi viciſſe, ad ea ſic ha"beto; ſi qui putant honores ſe mihi "ademiſſe meos, dignitatem adimere "non potuerunt, quam ego in hac "etiam privata ſolitariaq; vita tuebor "quoad vivam.

Ex Vineolo praediolo noſtro
pridie Non. Januar.

23. Smo.

23. Smo. Dno. Nro. Pio IV. Pontifici M. H. *apographum*.

Queritur de falſis rumoribus contra ſe ſparſis ab invidis quibus crediderit P. M. . . . ſic :

„Qui vitam ſuam corrigi, mores emen„dari nolunt, pecuniam capiunt, cum „his mihi fato quodam perpetuum bel„lum eſt. Is meus eſt mos, ea natu„ra, mea etiam aetas moroſiorem me „facit.

Ex aulâ, 3. Kal. Aug. 1562.

Mich. Hoſpital.

24. Au revers de cette Lettre 23. on lit l'Epitaphe que voici :

Epitaphe du Roy de Navarre Antoine.

Ci deſſous giſt pour paſture des vers
Qui partroubla n'aguerre l'univers.
Qui de deux Loix embrouilloit ſa memoire
Et ne ſavoit laquelle il devoit croire
Qui devant Dieu fardoit ſa conſcience
Et qui pipoit le peuple de la France.
Qui haiſſoit ſes freres & amis
Et cheriſſoit ſes mortels ennemis
Qui fut ſacré par d'Auxerre & d'Eſſars
Non de Sardaigne, ains le Roy des Couars
Qui repoulſoit ſa belle & chaſte femme
Pour ſe ſaouler d'un adultere infame

N Qui

Qui des Guisars fut l'infantin - - - -
Et puis mignon de l'infante Rome
Or ce grison pour le Romain combatre
La se sentit enfin de mort abatre
Ne delaissant memoire aucun de soy
Que le renom de sa premiere foy.

25. Sanctissimo Dno. Nostro Pio Pontifici IIII. à Mich. Hospitalis, ejusdem argumenti, & ejusdem diei cum 24. ex aulâ nempe 3. Kal. Aug. 1562. apographum.

26. in margine: Hottomanus. Principis alicujus scripta, de calamitoso regni statu, & afflicto populo christiano querelae. Aureliae, 8. April. 1562.

27. Hieronimus Groslotius D. Lazaro Baysio S. P. D.

28. écrite de Trente le 6 Octobre 1563. signé par Du Farrier, Ministre du Roy T. Ch. au Concile, adressée à Mr. de Pibrac &c.

29. à Monsieur de Bongars Resident pour le Roy en Allemagne; datée du camp devant Montmelian XVI. Novembre 1600. par Mr. de Laval *.

Il lui apprend que les Troupes du Roy se sont mises en possession de Montmelian, & que le Roy va le lendemain droit ou l'ennemi paroist; que le Roy a 3000 Gentilshommes volontaires, & 2000 d'ordonnance & 16000 hommes de pied.

Il lui mande que Mr. le Cardinal de Lorraine

* C'est *Urbain de Laval*, Marquis de Sable, Maréchal de France, mort en 1629.

raîné nommé *Evêque de Strasburg*, avoit envoié vers le Roy pour lui dire qu'il avoit accordé avec Mr. le Duc de Wirtenberg. „Le Roy m'appella. Je lui „dis que ledit Sr. Cardinal m'avoit „parlé de cet accord comme je vous „en ai ecript; mais que Mr. de Stras- „burg & Mr. l'Adminiſtrateur (le Mar- „quis de Brandeburg) m'avoient tou- „jours dit quils ni conſentiroient rien „ſans l'avis de Sa M. — J'ai bien fait „entendre au Roy leur bonne volonté „en ſon endroit. Il permeſt croire „que le Roy les aime & aſſiſtera tou- „jours.

30. du même, à Monſr. de Bongars agent pour le Roy vers les Princes d'Allemagne à Francfort, ce 4. Sept. 1600.

31. au même du même; à Paris, ce dernier Aouſt 1602. Il lui mande que Mr. l'Adminiſtrateur eſt à Paris.

32 { au même du même de Paris, 20 Juin 1601; à Mr. de Bongars &c. à Strasburg.

33. au même à Francfort, datée de Nurenberg le VII. Juillet 1600. ſur l'affaire de l'Adminiſtrateur & du Chapitre de Strasburg.

34. du même au même. Il le prie de lui dire ſi Mr. l'Electeur de Mayence eſt à Acheburg; eſcrite le 1. Septembre.

35. Guil. Budaeus Croco S. P. D. graece & latine ex Parisiis III. Cal. Nov. Dicitur Crocus fuisse Anglus, ut ex Epistola Budaei patet.

36. à Monsieur Daniel Avocat en la Court de Parlement demourant chés Mr. Joly &c. à Paris.
de Mr. Joseph de la Scala (Scaliger) Basle, 24. Juillet 1574.
Il lui dit qu'il s'est bien servi de ses fragmens dans son Festus. Il l'apelle, Monsieur & Frere.

37. ejusd. ad eundem. Basle, 1. Juillet 1574. Il lui mande qu'il a reçu quelques fragmens de son Servius dont il s'est servi à propos pour son Festus. Il lui fait des plaintes de Henri Estienne, qui ne vouloit pas restituer de certains livres. Il le prie de saluer Mr. D'Abain, dont il fait de grands Eloges, his verbis: Je lui garderai toujours ma foi, & parce que je suis de la Scala.

38. ejusd. ad eundem, latine. IX. Kal. April. Gratias Danieli refert pro Lexico optimo quod sibi commodaverat.

39. Ejusd. ad eund. latin. VIII. Kal. Jul.

40. If. Casauboni ad Cardin. Perronium, Paris III. Id. Oct. 1604.

41. Erasmi ad Regem Galliae Franciscum, Basil. 16. Kal. Jul. 1526.

42. ejusd. ad duos Senatores, Id. Jun. 1526.

43. Joh. Calvini ad Danielem, hac inscript. A Monsieur Frere & bon ami Monsr. Daniel Avocat à Orleans; datae Lutet.

44. Joh.

Num. | E. | Secul.

44. Joh. Calvini ad Franc. Danielem, Lausannae, 3. Id. Octob. subscripsit: *Martianus Lucanius.*

45. ejusd. ad eund. Lausannae, ead. subscriptione.

46. ejusd. ad eund. Kal. Dec. 1559. 1

47. Anonyma. latine.

48. ej. Joh. Calvini ad Franc. Danielem. Prid. Id. Febr. 1560.

49. Franc. Danielis ad Calvinum.

50. de Charles Despeuille à Mr. le Baillif de Chapetre, 25. Juillet 1559. bis.

51. Joh. Calvini ad Nic. Cheminum. Paris 1529.

52. 53. ej. ad Franc. Danielem. 1529.

54. 55. Joh. Calvini ad Franc. Danielem, 6 Kal. Dec. 1559. & Id. Febr. 1560.
NB. Apographa eadem, quae in Codice 450. exstant, Epistolarum Calvini. 1

56. Dav. Hoeschelii ad Jac. Bongarsium, August. Vind. Prid. Kal. Sept. 1607.

57 - 92. Lingelshemii ad Bongarsium. 1605 - 11.

93. Fragmenta varia inscriptionum; ex manuscript. Jac. Cujacii.

94. Jac. Cujacii Epistola ad Joh. Hastenum, Bitur. Id. Dec. 1559. 1

95. H. Broughton Epistola ad quendam, cum Praefatione in Commentarium S. Scripturae. 1

96 ... 113. L. Danaei Epistolae ad P. Danielem & Franc. Danielem, scriptae Genabi ad Ligerim 1564 - 68.

N 3   114. Let-

114. Lettres de Mr. Toussaint à *Son Frere*, pour l'appeller à Francfort, en qualité de Ministre des Reformés. Francfort. Juin 1601.

115. Melchioris Volmarii ad Franc. Daniel.

116. Apographa Epistolae Casp. Scioppii Romae scriptae 20. Oct. 1600. injuriosae in Mornaeum; cum schedula Conr. Rittershusii.

117. Nic. Beraldi ad Castelneum Episcopum Tarbellon. Aureliae, Id. Octob.

118. ej. ad Jac. Viartium.

119. ej. ad Rob. Corelium.

120. Sim. Grynaei, ad Nic. Beraldum, Basil. Id. Jul. 1533.

121. Mauri Musaei ad eundem, Basil. 5. Id. Aug. ej. anni.

122. Laur. Sifaei ad Mich. Hospitalium, Bitu-rig. Nonis Jul. 1536.

123. ejusd. ad Petr. Bonaccursium, ej. dati.

124. Universitatis Tholosanae gratulatio ad Cardin. à Chastillon, Archiep. Tholos. Id. Jun. 1534.

125. Laur. Sifaei ad Theodor. Sleidanum. Non. Jul. 1536. Biturig.

126. J. Guilelmi ad P. Danielem. Lutet. XI. Kal. Nov. 1583.

127. G. Christiani, à Mr. Fouquelin, Dr. es loix, demie françoise, & demie latine, Blois. 8. Dec.

Num.	E.	Seculi

128. G. Christiani ad Beraldum, Paris. Prid. Catherin.

129. F. Christiani ad P. Danielem, Paris. Kal. Jan. 1561.

130. ej. ad eund. 131 -- 140. ej. ad eundem.

141. Eliae Vineti ad eundem. Burdigal. Non. Febr.

142. ej. ad eundem. Burdigal. 15. Febr. 1566.

143. ej. ad eund. Burdig. 20 Jul. 1578.

144. ej. ad eund. Burdig. Prid. Non. Octob. 1568.

145. ej. ad eund. Burdig. 20 Mart. 1578.

146. J. Lipsii ad Franc. Bentium Soc. Jes. XI. Kal. May, Moguntiaci 1591.

147. ej. ad - - - - - - Lugd. B. postrid. Non. Novemb. 1583.

148. Guil. Morelii ad P. Danielem, XVI. Aug. 1561.

149. ej. ad eund. 4. May 1561.

150. Tusani, ad Beraldum.

151. Jac. Capelli ad Joh. Huraltum libellorum supplicum magistrum. Prid. Id. Januar. 1571.

152. L. Carrionis ad P. Daniel. Id. Nov. 1580.

153. ej. ad eund. XII. Kal. Jul. 1583.

154. ej. ad Dnum. de l'Isle.

155 -- 68. Ob. Giphanii ad Petr. Daniel. latine &

& gallice, Paris, Orleans, Strasburg, 1566 .. 78. Altorph. 1584.

169. T. Gisii mnemosynon vel Epistola ad Dominum Paxcium à Gisy.

170. ej. ad P. Danielem, Kal. Nov. 1574. Lugd.

171. ej. ad eundem, Lugd. B. 3 Non. Nov. 1574.

172. Ant. le Conte ad P. Danielem, Bourges 29 Fevrier 1573.

173. 74. Aniani de Contaeo, gallice Aignan de Contes ad P. Danielem. Aureliae.

175. de Ch. de Harlay à M. de Bongars. Basle le dernier May 1596.

176. Ant. Contii ad Jac. Cambraeum Regium Consiliar. & apud Constantinop. Exlegatum, libellorum Magist. Biturigum Eccles. & Scholae Cancellarium, Biturig. Prid. Cal. Febr. 1563.

177. Megabansi d. Cancellarii ad Jac. Bongarsium è Salinis Saxonum, x. Sept. 1590.

178. 79. P. Vexheile ad Seren. Principem . . . Londini, 12 & 21 Jul. 1591. nova publica.

180. 181. Hart. à Stitten ad Jac. Bongarsium, Berol. 19 May & 19 Jul. 1606. nova publ.

182. Gasp. Mesiingii ad Jac. Bongarsium, Haydelb. 24 Jun. 1601.

183. Joh. Truchii ad Jac. Viartium, Joh. Burdineum & Fran. Daniel. Chambery.

184. Joh.

Num. E. Seculi

184. Joh. Truchii ad P. Burdineum. Aureliani.

185. ej. ad Renatum Mairatium. Paris.

186. ej. ad P. Burdineum.

187. ej. ad Jac. Groslotium Juridicum Aurelianensem.

188. Renati Mairat ad Joh. Truchium. Aureliae.

189. G. Valentis à Guellis ad Renatum Merardum.

190. ej. Ger. Valentis de Guellis ad Danielem, gallice, du Bourg 23 Oct. 1574.

191. ej. ad eundem, & XI. Sept. 1574.

192. ej. ad eund. 29 Sept. 1574. ib.

193. de Franc. Daniel à son frere P. Daniel, d'Orleans 3 Mars 1565.

194. 95 .. 200. ej. ad fratrem, gallice. ibid. 1565. 67. 69.

201. C. Perotti ad P. Daniel. Non. May 1565.

202. ej. ad eundem.

203. ej. ad fratrem Aemilium, Paris. Id. Jul. 1563.

204. Aemilii Perotti ad P. Danielem.

205. ej. ad eundem.

206. C. Perotti ad Franc. & P. Daniel fratres, Hieropoli, Id. Jun. 1564.

207. ej. ad P. Daniel.

Num.	E.	Seculi

208. Dni. Desnoues ad D. Danellum, (à W. Daneau.)

209. Jac. Cujacii ad Tidemanum Gisium, Valent. XVI. Cal. Nov. 1570.

210. } Th. Canteri ad P. Danielem, 2 Martii
211. } 1571. & in festo Jacobi 1570. Ultraj.

212. Dav. Coningami ad P. Danielem, 3 Idus Junii 1567.

213. P. Adamson ad eundem, Duarici 15 Cal. Jun.

214. Vaillantii de Guellis ad eundem; en Bourg 29. Sept. 1574.

215. Danielis Oesyandri ad Joh. Thurdinum, Patavii XIII. Decemb.

216. Paulli Misineti ad Danielem, Januar. 1583.

217. Claudii Dupui ad Danielem, gallice, Venise 29 May 1570.

218. P. Mascali ad Danielem, Aurel. 8 Cal. Mart. 1574.

219. Francisci Rolle Prioris de . . . . ad Baillivum Praefecturarum. S. Benedicti Floriacensis, & in Inscriptione à Mr. le Baillif de S. Benoist.

220. Simonii ad . . . . . Aurelianensem; est apologetica adversus quendam Fabrum.

221. Blasii Rillerii ad Petrum Marratum. Biturig.

222. Georg.

NB. Post No. 211. quaedam inserta sunt, ad Cardinalem Lothar. pertinentia, aliaque.

222. Georg. Wagneri ad Laur. Zingrefium, Patavii 4 Januar. 1571.

223. Georg. Winter ad Jac. Bongarsium, Lipf. 8 April. 1611. nova publica.

224. Ant. Oiselii ad Gasp. Schoppium, Parif. Non. Novemb. 1598.

225. Jof. Reubers Schreiben an den H. . . . Durlach, 4 Febr. de quodam negotio publico; videtur ad Bongarsium.

225. de Mr. . . . . à Mr. de Bongars, Basle le 12 Aoust 1604. nova publica.

226. ad Mich. Hospitalium, Fabri Epistola ex Concilio Tridentino, Id. Jun.

227. Jac. Fabri ad Nic. Beraldum.

228. Bongarsii ad Danielem.

229. Joh. Chapelain ad eundem, medicinalis.

230. ej. ad Bordineau, medicinalis.

231. Fornerii ad P. Daniel.

232. ad Mariam Francorum & Scotiae Reginam Antonii Foquelini.

233. ej. ad Carolum Maximilianum.

234. ad Ant. Foquelinum, Caroli Pernoti. Biturig. Cal. Nov. 1561.

235. Joh. Franc. Memmii ad Flor. Christianum, Paviae, Non. Aug. 1560.

236. Joh. Danisii ad P. Danielem fratrem, 16 Nov. 1564. ex castro Pythneri.

237. Autographum Epistolae Calvini ad Danielem, quae prima est inter editas Calvini. Amstel. 1666.

238. Fr. Beraldi ad . . . . . Nonis Novemb. Argimonte

239. Mam. Patisson ad Danielem, gallice, Paris 23 Mars 1582.

240. Joh. Lud. Hawenreuteri ad Bongarsium (videtur) consult. medicum, Argent. 28 Febr. 1606.

241. Jac. Salvii ad Nic. Beraldum.

241. } Joh. Brodaei ad P. Danielem, Turonis,
242. } III. Non. Octob. 1561. & 17 Kal. Dec.

243. 44. L. Crabbii ad P. Burdineum. Inscriptio à Monsr. de *Bazossas* à Orleans, Consilia medica, Prieur de Bazoches.

245. Judicium in lite Rob. Danielis.

246. Joh. Boissone ad Nic. Beraldum, Tholosæ Non. Aug. 1534.

247. M. a. Georgii ad eundem, Romae, 4 Non. May 1534.

248. C. Bracheti ad Doctorem Marchebonae.

249. Renati Mairat ad Patrem, latine & graece., XIV. Cal. Jul. Biturigibus.

250. 51. Anonymi duae.

252. Anonymi, nova ex Romá, 11 Martii 1564. italice.

253. Wenceslai Guelfelderi ad Bongarsium.

254. Elogium Herm. Cruserii ex Aub. Miraeo.

Num.	E.	Seculi

255. *Kenron* à Mrs. l'Avocat Capell & Procureur General à Paris ; de Ratisbonne 15 May 1541. de la diete, & des affaires de la Confess. d'Augspurg ; qui hanc scripsit se Regis Franciae nomen adesse ait.

256. Huralti Hospitalis ad P. Danielem, Paris x. Cal. Dec. 1579.

257. *Daneau* à . . . . Strasburg, 14 Juillet 1590. novà publica & negotia quaedam.

258. de Mr. de Fresne Canaye à . . . . Paris le 12 Avril 1594.

259. du même au même, Paris, le 23 Avril 1594.

260. du même à Mr. Bongars.

261. de Mr. Raulin à Mr. de Bongars ; Chalons le 6 Octob. 1602. Nouvelles.

262. 63. Copies de deux lettres, une du Sr. de Fresnes Ambassadeur à Venise au Sr. de Langes Senechal de Lion, & l'autre du Sr. de Mezieres audit Sr. de Langes sur le sujet de la précédente. Aoust 1602. C'est sur le changement de Religion.

264. Guy Chausse à Mr. de Bongars ; lettre d'affaire, Orleans 23 May 1606.

265. Additamenta quae Bongarsius adjici voluit ad apologiam Ecclesiae Gallicanae.

266. Justi Calvini Veteracastrensis ad Josephum, Moguntiae 21 Aug. 1601.
267. —— ad Card. Caes. Baronium, Mogunt. XII. Cal. Sept. 1601.
Utraque de Controversiis theologicis.

268. de . . . à Mr. Bongars Sr. de Baudry.

269. de Mr. Calvars, la Haye le 21. Janv. 1602. à Mr. Bongars. Nouvelles de guerre.

270. —— ad Bongarsium, Norimb. 13. Sept. nova.

271. Valentis Guellii ad Ob. Giphanium, Paris 7 Januar. 1566.

272. 73. duae anonymae; una Aureliae 20 Nov. 1561.

274. Hugonis le Boys, à Mr. de Bazoches, Rothomagi.

275. ej. ad eundem.

276. Truchii ad . . . . 6 Idus Nov. Paris.

277. 78. Joh. Delphini ad Bongarsium una latina altera graeca Epistola, Heidelb. 4 Cal. Januar. 1610.

279. Ramsay à Mr. de Bongars, le 31 Dec. 1610.

280. de Macée de Gatte à . . 30 Sept. 1593.

281. Jac. Angeli ad Petrum Basilicae XII. Apostolor. Presbyterum Cardinalem.

282. Anonymi ad Dionys. Lambinum correctiones ad quaedam Horatii loca.

283. Anonymi à Mr. de Bon repos Doyen de l'Eglise Sainte Croix d'Orleans.

284. Caroli Perrotti ad Franc. & Petr. Daniel. Fratres, Cal. April. 1564.

285. P. Danielis ad Aemilium Perrottum, Aureliis 10 Cal. Sept. 1564.

286. Ca-

Num.	E.	Seculi

286. Caroli Perrotti ad Aemilium & Antonium Perrotum fratres.

287. Florentis Christiani ad Ant. Foquelinum.

288. Anonymi ad anonymum.

289. ——— ad anonymum, Aureliae, 3 Non. Mart. 1564. Aurel.

290. de Mr. Daneau à . . . . à Gyen 30 Dec. 1566.

291. Consultum anonymi de donatione Annae Alenconiae Marchionissae Montisferrati in gratiam Ysabellae Gonzagae Marchionissae Piscariae neptis suae.

292. Petri Burdinelli ad Patruum suum le Prieur de Bazoches.

293. Viarlii ad Franc. Danielem.

294. J. Cultrusii ad Burdineum de Bazoches.

295. Fr. Rolle Theologi ad Abbatem S. Maximini, 8 Cal. Aug. 1582.

296. ——— anonymi; videtur Fr. Danielis.

297. Transcriptum sub sigillo Ducis Biturigum Praepositurae antiquorum Ressortorum Albignais & de Concorcollo. anno 1190.

298. Charta Ludovici Pii in gratiam monasterii S. Benedicti in Pago Aurelianensi anno Imperii XXII.

299. Manassis Aurelianens. Episc. Charta donationis in gratiam Ecclesiae B. Maximini anno 1220.

300. Co-

300. Copie d'une lettre de Philippe l'an 1296. touchant quelques Villages de l'Orleannois.

301. Chartae pertinentes ad Conventum S. Benedicti Floriacensis, annor. 1264. 1269. 1258. 1332.

302. Charte pour les Nobles de Vermandois, Amiens & Senlis.

303. Charta donationis in gratiam Ecclesiae Floriacensis.

304. Charta Privilegii a Stephano Domino Castellionis concessi Burgensibus de S. Bricio 1200.

305. Charta Archembaldi Dni. Soliaci in gratiam Prioratus Sti. Gondulfi. 1184.

Omnes hae chartae sunt apographa à Bongarsii manu.

306. *Charta* Hugonis Trecensis Episcopi *membranacea*, authentica donationis duarum altarium, Ecclesiae S. Benedicti factae.

307. Charta Regis in gratiam militum S. Trinitatis de Stampis, anno 1106.

308. Acte entre Adam Vicomte de Nesme & l'Abbé de S. Benoist, en 1241.

309. Acte entre le Couvent de S. Benoist, & André & Regnault de la Salle, en 1270.

310. Charta donationis Erberti Clerici & Adelaidis uxoris in gratiam Ecclesiae S. Taurini in Castro Senionum. 1043.

311. Charta Romanae Civitati concessae, Dno. Joh. le Save Heduo. 1557.

312. Do-

Num. E. Seculi

312. Donationis factae Conventui & Ecclesiae Morigniacensi, anni 1115. apographum, membranaceum.

313. Lotharii Regis & Ludovici filii ej. Charta pro Elisiardo Paris. Eccles. Episcopo & Conventu Fratrum S. Mariae.

314. Charta Philippi Regis pro villa Lorriaci, anno 1187.

315. Apographum Instrumenti haereditatis antiqui, ex Codice vetusto.

316. Charta donationis Henrici Trecensium Comitis in gratiam Fratrum de Recluso. anno 1176.

317. Lettres de Eegresle, à . . . . Chastillon 23 Mars 1572.

318. Privilegium Hervei Archidiaconi S. Crucis & Decani S. Verarii, Prioratus de Feritate abreni concessum.

319. Manassis Aurelianens. Episcopi charta, in gratiam S. Maximini Monachorum.

320. Charta Lotharii Regis in gratiam Monasterii S. Benedicti, anno 974.

321. Lupi Ferrariensis Epistolae à 312. Edit. Massorii ad ultimam nempe 127.

322. Apographum Fastorum consularium. Vide supra Tomum I. Catal.

323. S. Fulgentius Episcopus in Thebaidem.

324. Epistola cujusdam stylo obscurorum virorum ad Fabianum Burgi Comitem. Facetia videtur Bongarsii, cujus manu scripta est.

325. Notitia Provinciarum Rom. & regionum Urbis.

326. Frag-

326. Fragmentum de gestis Herculis.

327. Liber Sti. Odorici Ord. Fr. Minorum de Ritibus diversarum Gentium.

328. Fabulae Aesopi quas Romulus de graeco in latinum transtulit.
Haec tria scripta Seculo XV.

329. de la division de l'Empire Romain, suivie par l'Eglise.

330. Confessio Fidei Augustanae.

* * *

Sequentia ex nostro Codice descripta damus:

Ex literis GASPAR. SCHOPPII Romae scriptis 20. Octob. 1600.

„*Mornaeum* sane, illum Calviniano„rum Achillem non est quod contem„ni a me doleas. Re vera enim in „nupera publica cum *Perronio* dispu„tatione judicium de se meum verum „esse ostendit. Cum enim in Regis „presentia decem & novem mendacia „& errores in libro ejus de Missa *Per*„*ronius* ita convicisset, ut ipse velut „lapis istic astaret & membra misera „formidine congelascerent (qua & ex „re mox in febrim periculosissimam in„cidit) arbitri istic capti, tam Catho„lici quam Calviniani contra ipsum „pronunciarunt, his a Rege verbis ad„jectis:

„jectis: *Monsieur Du Plessis, antebac* „*te semper habui pro viro magno &* „*erudito, nunc te habeo pro asino.* Ac „ne me putes ex Jesuitis haec hausis- „se, (cum quibus hîc tantundem mihi „familiaritatis est, quantum erat Ingol- „stadii) scias, nihil esse in tota Gallia „celebrius, & hunc nuncium a Rege „Romanis nostris missum esse, & au- „divisse me haec ex *Sillerio* Oratore „Gallico, viro mire erudito, &, ut „Casaubonus in Theophrast. testatur, „integerrimo &c.

„Haec totidem verbis de summo illo „viro noster Transfuga, nemini par- „cens, quique, ut scis, & Hotoman- „num vocare solet Hyaenam intus tur- „pem, foris splendentem. Tu quae- „so, charissime Collega & Compater „carissime, ad D. Bongarsium mitte, „cum plurima salute. Apologiam Ec- „clesiae Gallicanae a me conversam „quando nec Claud. Marnius nec An- „ton. Guilelmus Hanovianus audet im- „primere, pervelim illinc e vicinia ma- „ture mitti ad Melissum, qui meo ro-

„gatu procurabit vel Heidelbergae vel „alibi. Tu quaeſo meis verbis id ro„ga D. Bongarſium, ut a ſe obſigna„tum librum tam gallicum quam lati„num eo mittat, faſciculo nomen *Me„liſſeum* inſcribens. B. V.

C. Rittershuſius.

A Monſieur, Monſieur DANIEL, *Avocat, demeurant ches Mr. Briſſon Advocat a la Court, Rue de Haute-feuille a l'hoſtel d'Alegre, près des Cordeliers.* à Paris.

P. DANIELI ſuo, Togatoque doctiſſ. L. Danaeus in Chriſto S. P. D.

„Quantum ſit tuum in me meiſque or„nandis ſtudium experior, mi Daniel, „qui nec operae nec labori tuo parcas, „quo verſio noſtra de Tertulliano ni„tida & emendata in vulgus exire poſ„ſit. Ac certe in libellos quandocun„que naſcetur, te merito & aequiori „jure Parentem, quam meipſum agnoſ„cet,

„cet, qui tantum olei & operae in eo
„extergendo, poliendo, fovendoque
„posueris. In quo mihi visus es So-
„cratem imitari, qui magna ingenii
„abundantiâ solebat velut obstetrix ea
„bene edere & tractando producere,
„quae ipsi Patres & autores male ob-
„scura & confuse pepererunt; tantum
„potest quorundam vel artificiosa ma-
„nus vel sagax ingenium, ut etiam
„abortivos ingenii alieni fructus ipsi
„integros faciant nasci; qualis certe is
„erat meus libellus quem ad Te misi,
„& Te nactus est opportuno tempore
„adoptivum patrem humaniorem quam
„memet, qui sum naturalis. Sed quae-
„so ut quâ coepisti esse in eum animi
„benevolentia & diligentia persequeris
„& pergas. Lugdunum tamen able-
„gari nolim si placet, tum quod in
„tam longo locorum intervallo peri-
„culum est amittendi, tum quod reip-
„sa jam expertus sum, quam sint il-
„lius urbis Typographi rerum aliena-
„rum negligentes. Nam cum ad eos
„libellum unum de locis communibus
„meis per amicos misissem, essentque

„illi omnem operam in eo excudendo „& ſervando polliciti, liber is amiſſus „eſt, & mihi alterum exſcribi curare „oportet, quem tamen ſi poſſum ad „eos non mittam. Erat is locus de „Deo, de quibus locis ſi quem noſſes „qui chriſtianae Relligioni faveat typo- „graphus, velim ad me ſcribas. Res „erit digna legi ut omnes judicant. „Abſit autem ut me mea apud Te ven- „ditare exiſtimes. Sed quod ad ver- „ſionem de Tertulliano, fac quaeſo, „ut *Lutetiae* potius, quam Lugduni „edatur, & ſi unus recuſet, alter con- „ditionem accipiet. Quî ſi pretium „operae peterem? Sed enim haec eſt „magna temporum noſtrorum miſeria „& calamitas, ut *Ronſardi* Poëmata „ἀνωφελῆ, *quaerimonia neſcio quae ad* „*Regem*, Reginam, aut neſcio quos „homines, non tam cito naſcantur „quam edantur ab iſtis Typographis. „Diſputationes autem veterum Theo- „logorum & utiliſſimae & optimae & „quae faciunt ad moras ſpernantur. „Id quod ſane Egidio . . . . Aure- „lianenſi male ceſſit, qui etiam roga- „tus

„tus & precibus doctorum fatigatus
„bonos libros spernit, ut nugas & *de-*
„*licamenta* emittat in vulgus. Quod
„ad exemplaria & commentarios meos,
„quos ex deposito a Florente Christia-
„no optimo juvene recepi, attinet,
„sum ejus animi opinionis tenax, ut
„in tuum nomen dedicentur & appa-
„reant, non quod eruditiorem illa Te
„facere queant, sed quod Te amicitio-
„rem habeo neminem, cujus omnia
„mea esse malim, quam Te. *Liber*
„*de Jurisdictione dialogus* est, a me
„scriptus magno animi ardore & stu-
„dio, ut *A. Burgium* praeceptorem
„meum commendarem, quem omnes
„omnium hominum aetates memora-
„bunt. Is videtur ad Philippum fra-
„trem scriptus, sed ego & frater eum
„tibi animo lubentissimo donamus, &
„jus omne suum in te cadet. Nomen
„tamen ejus neque delere neque loco
„movere sum ausus, quod pertinet ad
„totius historiae narrationem, & eo
„mutato totius corporis & libri ordi-
„nem mutare oporteret, id quod de
„nomine *Phidiae* traditum est, quod

„ipse in Clypeo & Aegide Minervae „Atheniensis inscripserat. Neque ea „res puto tibi displicebit. Leges, si „placet, tum postea mereaturne ho„minum lucem judicabis. Et facile „quod puto edetur Lutetiae, in qua „urbe est magna militantium in foro „advocatorio Turba, numerosi Judi„ces, & utilis earum rerum cognitio. „Sum in eo complexus disputationem „latissime & prolixe, sed eam postea „in quinque tabulas redegi, quae sunt „sedulo legendae, continent enim to„tius dialogi Epitomen & Indicem. „Alter Commentarius est de Feudis & „Agro vectigali, is vero totus est tuus, „& Tibi a prima fere infantia dicatus, „quem fecisti ipse tua manu, & nas„centi multum favisti, descripsisti, & „totum in illo tuum est, quod vivit „adhuc & est superstes. Is non tam „eleganti stilo scriptus est, quia sunt „merae & nudae praelectiones meae, „quas postea collegi, ut scis. Quod „tamen ad κέρδος longe meâ quidem „sententiâ utilissimus est, & necessa„rius, & abdita quaedam continet &

„non

„non vulgaria qualia fere Doctores in „Scholis tradunt de iis rebus, sed ego „in eo collegi quod mihi postea fore „maxime usui credideram. Totus enim „in eo eram, ut res forenses & mores „nostros discerem, atque conferrem „cum veteribus. Certe is Liber nihil „habet ἀμάρτυρον. Quae una res maxi„me Juvenes togatos juvat; dum Tex„tus & decisiones veterum habent in „promptu, quales iste Liber habet. „De eo confer cum quibusdam sitne „utilis & venalis. Hos duos si edide„ris, sint in tuum nomen dicati. Mei „sunt natura, Tui voto & adoptione. „Tertium nolim edi si placet, qui est „*de Locatione & Conductione.* Est enim „nimium obscurus. Sed Tu postquam „otium Tibi erit, si quid in eo erit „quod placeat, accipe, & Te autore „ede; nam nolim dici meum etsi vera „continet, & laboriose quesita. Sed „stilus displicet & obscuritas in eo, „quem ad Te non misissem nisi effla„gitasses & obnixe rogasses. Priores „si edes, vide ut ne ulla ambitiosa sit „inscriptio de me, neve Minister verbi

„Dei in iis appeller, qui titulus etsi
„mihi semper animo versatur ut me
„officii moneat, vereor tamen ne istud
„displiceat, & ne non satis aequum
„videatur Verbi Dei Ministrum Litium
„& Judiciorum civilium tam scientem
„esse quam isti Commentarii docent.
„Quod de quibusdam meis in Juvena-
„lem perpetuum mihi comitem Scho-
„liis scribis, ea jam pridem manu mea
„exscripta dedi Francisco Danieli fra-
„tri tuo. Quod tamen locum Saty-
„rae X. restituis, *Qui Lacaedemone &c.*
„non displicet. Nam Politianus ipse
„emendationem suam emendarat, ubi
„sunt hominum posteriores cogitatio-
„nes saepe sapientiores. Ipse autem
„restitueram, *pytiasmate*, id est lacte
„& oleo & omni sero quo ungebantur
„qui in Laconico lavabantur & otia-
„bantur. Conjecturae meae rationes
„misi ad fratrem, & locos tum e Se-
„neca tum e Prudentio laudavi. Quod
„versum Satyrae IX. restitui vis, vide-
„tur mihi integer, & bene quadrare
„autoris menti. ἄνδρα regitur a verbo
„*sollicitent* more & constructione grae-

„ca

"ca interposuit ἤθυς γαρ γλυκεος quae
"verba rationem continent, cur ἀνηρ
"κυναιδος tantopere sollicitetur supplen-
"dum est ἐστι γαρ ἀνηρ κυναιδος ἤθυς
"γλυκεος, sed tota illius loci obscuritas
"ex ambigua significatione vocis ἤθυς
"pendet, quae vox non semper vitae
"institutum significat, sed etiam quod
"gallice dicimus, *façons de faire* quasi
"dicat, *nil mirum est cur tales homi-*
"*nes sollicitentur, ils sont de douce fa-*
"*çon de faire & amoureuse*, & postea
"sequenti versu mollem appellat, sed
"contentiose de omnibus nolui agere.
"Quid autem Tu ab homine Theologo
"haec petis, & *Genabi* qui est terrae
"nidulus tam obscuri loci explicato-
"rem latere putas, qui in ipsis Athe-
"nis, & mediis doctorum hominum
"fontibus versaris? Mitte ad me Indi-
"cem meum in Ammianum Marcelli-
"num, quem jam pridem habes ex
"me commodato. Defessus sum tam
"longâ Epistolâ. Tabulam quam po-
"stulas apud me non habeo. Amissa
"est nisi apud Te lateat. Vale, Tibi
"uxor mea salutem dat plurimam &
"*Valleus.*

"*Valleus.* Ego *Turnebo* doctissimo "omnium Gallorum qui graecas lite-"ras didicerunt. Datum Genabi ad "Ligerim. Nonis Martii 1565.

Tuus ex animo

DANEUS.

Subsignatae non erant tuae literae, sed manum agnovi.

450. 4to. Codex chartac.

Epistolae quaedam Joh. Calvini & aliorum.

Hic Codex a Danielum aliquo olim collectus fuit. Continet varia, jam nobis recensita, inter quae aliquot Epistolae Calvini ad Franciscum Danielem Aurelium, Patrem Petri & Francisci, quorum prior, Petrus nempe, edito Servii in Virgilium Commentario, ex Codicibus antiquis qui nunc in Bibliotheca nostra exstant, inter Eruditos clarum nomen adeptus est. Epistolas, quae in hoc Codice exstant, olim, ni fallor, propria manu descripserat Petrus Daniel. Paucae, quas hic edimus, hactenus ignotae, luce dignae videbantur Studia adolescens Aureliis coluit Joh. Calvinus. Ibi orta ei cum Francisco Daniele amicitia, quam deinde per multos annos, jam apud Genevenses degens, per Epistolas coluit. Reperiuntur inter has, quas edimus pauca quaedam, sed non contemnenda; quae nempe Vitam magni certe Viri, non Theologi tantum, sed doctissimi,

Calvini

Calvini scilicet, illustrant, nec non historiam rerum tunc in Ecclesia helvetica gestarum attingant. Elucet ubique Viri bonis litteris ornatissimi ingenium, & in latino sermone summus nitor. Indicem Epistolarum praemittimus.

SYLLABUS EPISTOLARUM, quae exstant in Codice 450.

1. Stephani Doleti ad Dampetrum, Lugduni, 8. Idus Octob. 1537.
2. Antonii Contii ad Guil. Fornerium, Biturig. 4 Non. Novemb. 1561.
3. Jac. Cujacii ad Viglium Zwichemium, Bitur. Kal. April. 1562. brevis.
4. Joh. Brodaei ad Nic. Compinum, Turon. Cal. Nov. 1561. brevis.
5. Jac. Cujacii ad Joh. Valentem, Bitur. 8 Kal. Mart. 1561.
6. ejusd. ad Franc. Danielem *adolescentem*.
7. Joh. Calvini ad Nic. Cheminum, Noviod. Maji 1521.
8. ——— ad Franc. Danielem Aurelium, Melliaci, Sept. 1529.
9. ——— ad Nicol. Cheminum, Lutet. 1529.
10. ——— ad Franc. Danielem, Paris. 1530.
11. ——— ad eundem, ib. 5 Cal. Jul. 1529.
12. ——— ad eund. Paris. 15 Cal. Feb. 1530.

Num.	E.	Seculi

13. Joh. Calvini ad Franc. Danielem, fine anno.

14. ——— eidem, Parif. fine anno.

15. A. Caftelnei ad Nic. Beraldum, è gallico latine facta à Franc. Daniele juniore, Tholof. 3 Kal. Jun. 1534.

16. Nic. Beraldi ad Jac. Viartium, Caftellioni, Cal. April. 1535.

17. Joh. Calvini ad Franc. Danielem, Parif. 10 Cal. Maji, fine anno.

18. Joh. Dampetri ad Jac. Viartium Aurelium ex Magdalena, 4 Cal. Decemb. fine anno.

19. Jac. Truchii ad Jac. Viartium, Lutet. 9 Cal. Decemb. fine anno.

20. 21. 22. ejusd. ad eundem, Aurelii, fine dato. breviffima.

23. ejusd. ad Jacobum Groslot, majorem Juridicum Aurelianum, Aurel. Non. Decemb. fine anno.

24. ejusd. ad Hieron. Groslotium, fine dato.

25. ejusd. ad Gabr. Calleum, Aurel. 3 Id. Nov. fine anno.

26. ejusd. ad Barthol. Prutanum, Aurel. fine anno.

27. ejusd. ad Viartium, fine anno.

28. Lod. Valentis ad Viartium, fine anno.

29. ejusd. ad Truchium, Lutet. fine anno.

30. ejusd. ad eundem, Lutet. fine anno.

31. ejusd. ad eundem, Lutet. fine anno.

32. Joh.

32. Joh. Truchii ad Jac. Viartium, *cum nova nostra Bibliotheca*, sine anno.

33. Mich. Garnerii ad Joh. Truchium Legum Professorem, sine anno.

34. Jac. Truchii ad Jac. Groslotium Praefectum Aureliae, sine anno.

35. Lud. Valentis ad Truchium, sine anno.

36. Nic. Beraldi ad Guil. Christianum, Paris. sine anno.

37. 38. 39. ejusd. ad eundem, Paris. sine anno. 37. Aurel. 1534.

40. Jac. Tusani ad Guil. Christianum, Lutet.

41-46. Nic. Beraldi ad Guil. Christianum, Lutet. de Aristotelis & Galeni operibus & studio medico; & propria valetudine.

47. ejusd. ad Franc. Beraldum filium, Agriavillae, Non. Januar. 1533.

48. ej. ad eundem, Castellioni, sine anno.

49. Joh. Capellani ad Guil. Christianum. Ex Regia D. Germani, 6 Cal. Aug. 1559. de morbo Ducis Andegavensis.

50. Gentiani Herveti ad Guil. Christianum, Regium Medicum, Cravantii. 9 Cal. Octob. 1559. de versione Chrysostomi operum quorundam.

51. ejusd. ad eundem, Cravantii, 4 Id. Nov. 1559.

52. ejusd. ad eundem, Gandavi, 2 Cal. Majas 1544.

Carolum

Carolum Imperatorem, cum variis Germaniae Principibus & aliis ibi esse congregatos narrat. De expeditione in Turcas sperare se ait.

53. Gentiani Herveti ad Guil. Christianum &c. Arbosii, 9 Kal. Maji 1544.
de conventu Caesaris & Principum Germaniae in Ratisbona, conciliandi certaminis de Religione gratiâ, & vota pro pace.

54. ejusd. ad eundem, Arbosii, 18 Cal. Decemb. 1544.
Dominum Granvellae in Germaniam proficisci ad conventum Wormatiensem, Religionis gratia, nunciat.

55. Franc. Danielis ad Jac. Viartium, Aurel. 1531.

56. ejusd. ad D. de Casa Dei Abbatem, Aurel. 3 Kal. Maji 1531.
fratrem commendat.

57. ejusd. ad Jac. Viartium, 1531.

58. —— ad Varadeum, Aurel. Id. Maji 1531.

59. —— ad Joh. Calvinum, 1531. Aurel. Non. Martii.

60. —— ad eundem, Aurel. Id. Maji 1531.

61. —— ad eundem, Aurel. 6 Cal. Jan. 1531.

62. —— ad Nic. Cheminum, Aurel. 3 Cal. Junii 1531.

63. Des. Erasmi ad P. Castellanum, Friburg Brisgoae, prid. Nat. Virg. 1529.

64. Joh.

Num. | E. | Seculi

64. Joh. Calvini ad Franc. Danielem, Lausannae, 3 Id. Octobr. deest anni nota.

65. ——— ad eundem, Paris.

66. ——— ad eundem, 6 Cal. Decemb. 1559. de filio Danielis, & Studiis ejus.

67. ——— ad eundem, de eodem argumento. Prid. Id. Febr. 1560.

68. Franc. Danielis ad Calvinum. Respondet ad praecedentem epistolam de Francisco & Petro, utroque studium Juris amplexis.

69. Joh. Dampetri ad Rectorem Bell. *Ex Tua Magdalena.* de quodam negotio in aula Regia.

70. ejusd. ad Jac. Groslotium; ex Magdalena. Causam dicit contra accusationes quasdam *concionum*, quibus mulierculae religionis suspectae adfuisse dicebantur.

71. Jac. Viartii ad Petrum Burdinaeum; sine anno nec loco.

72. Petri Burdinaei ad Joh. Wesium, Aurel. 3 Non. Januar. 1557.

Negligentiam styli in quodam opusculo arguit & admonet.

73. Joh. Bruchii ad Petrum Burdinaeum. *Aureliis.*

74. Joh. Texii ad Petrum Burdineum. Lutet.

75. Joh. Bruchii ad Petrum Burdineum. Aurel.

76. Joch. Bruchii ad Petrum Burdinaeum, *Yemillae.*

77. ejusd. ad eundem, Aurel.

78. Dionyſ. Monachi Lerm. ad Joh. Dampetrum Monachum Taraſconae, x. Cal. Decemb. 1537.

79. Petri Pyladis ad Dampetrum, Ferrariae, 6 Id. Nov. 1545.
Ex itinere Hieroſolymit. redux, ſe apud Duciſſam Ferrarienſem, Renatam Valeſiam, inſtituendorum filiorum cauſa moratum narrat.

80. Anonyma (ſed Dampetri ad Medicum videtur) ex *Magdaleneo Collegio.*

81. Eliae Vineti ad Joh. Burtanum, Burdigalae, 5 Calend. Sextil. 1563.
de Priſciani editione, & Solini. Item de quodam loco *Flori*, extremo libro IV. cujus Flori editionem parare ait Marnefium Pictavienſem.

82. Dionyſ. Lambini ad Florentem Chriſtianum, Lutet. Kalend. Sept. 1563.
de Lucretii editione, item de variis in Veterum Scriptis emendationibus, & de *Mureto.*

83. Joh. Calvini morientis ad Guil. Farellum.

84. Nicol. Gruchii ad Petrum Montaureum; ex praedio, 17 Januar. 1566.
Vocationem quandam acceptat.

85. Andr. Noretii medici ad Paulinum medicinae

nae Candidatum, Bergerati, Non. Nov. 1565.
Lupum ab ove strangulatum, αὐτόπτης narrat.

86. Francisc. Danielis ad *Valentem*, Kal. Mart. 1569.
Epigrammata sua quod laudaverit Valens grates egit. *Scyllacis* Epitaphia carmina laudat. Valentis graeca se aggressum (versione forsan) excusat.

* 87. Mich. Hospitalii ad Henr. Memmium, scripta ex Vineolo praediolo; post deposita munera publica beatum se praedicat.

88. ejusd. ad Paulum Foxium. Ex Vineolo praediolo, XVI. Kal. Febr. 1571.
commendat *Niphium* virum bonarum artium cultorem.

89. Ex epistola Cujacii ad Puteanum excerptum.

90. Mich. Hospitalii ad Petrum Seguierum; sine nota anni.
Post discessum è negociis publicis, his verbis incipit:
„Si qua tua culpa.

91. Jac. Cujacii ad Tidemanum Gysium, Valentiae, II. Non. Aug. 1573.

92. Epitre du Curé de Saclas à sa Paroissienne de Barberomulle & au Prieur des Poix de Bourg. Jocosa.

93. de Picault à un anonyme, Mans, 6 Jan. 1566.

94. Catharina Medicea Delphina P. Castellano Episcopo Tutellensi, Angolesmae, 6 Calend. Januar.

Praemittitur haec annotatio:

„Petrus Castellanus scripserat ad Del„phinam se dolere & existimare prae„posteri esse cujusdam facti, quod ea „ex novo nescio quo Praeceptore sub„doceatur qui in consilio Athenien„sium publico versari non possit, ad „quam quidem Epistolam sic respon„dit.

95. Petri Castellani ad Serenissimam Delphinam, respondet ad priorem. Ex accurato. 3 Cal. Januar.

96. Catharinae Delphinae ad praecedentem responsio, Angolinae, pridie Cal. Januar.

97. Ex Epistola Falkenbergii ad Tidemannum. Nova ex Heidelberga, de nuptiis augustis Sponsae Regis Hispaniarum, quibus Imperatorem adfuisse narrat. Item Joh. Georgium Palatinum novae Carthaginis conditorem, Palatinum Electorem, cum filiis Joh. Casimiro & Christophoro.

Habes, Lector, Indicem accuratum duorum Codicum 141. & 450. Uterque ex Bongarsii scriniis ad nos delatus. Prior, ut jam dixi, continet Epistolas maximam partem autographas a Bongarsio collectas. Alter a Petro Daniele, ni fallor, maximam partem conscriptus.

ſcriptus. Epiſtolae Calvini ad Franciſcum Danielem, bis deſcriptae, in utroque nempe Codice, occurrunt. Inter has aliquae nondum editae luce dignae videbantur, quas infra exhibemus. Commentariis ejusmodi anecdota illuſtrare longus foret labor, nec ad me pertinere exiſtimo. Interim bene meriturum de Republica literaria eum affirmare licet, qui novam Epiſtolarum Bongarſii & amicorum editionem, annotationibus illuſtratam pararet.

Epiſtolae aliquot anecdotae, ex Codice 450.

JOA. CALVINUS Nicolao Chemino S. D.

"Ut res rationesque noſtrae habuerint, "nondum tibi compertum eſſe arbitror, "quo nomine ſuſpectam eſſe tibi fidem "meam vel illud argumento eſt, quod "hactenus noſti hominem in litteris "miſſitandis plus ſatis officioſum, ne "dicam importunum: neque ſic tum "illa periclitatur, ut purgationis locum "non habeat, ſic nam mecum reputo, "non potuiſſe labefactari uno tempo-"ris articulo omnem exiſtimationem, "quam de me longa conſuetudine diu-

 "turnoque

"pupis l. quoties audit voti nomen.
"Nolui eam deducere à sententia quia
"non ejus rei ergò venissem: sed pau-
"cis admonui ne suis se viribus efferret,
"ne quid sibi de se temere permitteret,
"sed omnia reponeret in Dei virtute,
"in quo sumus & vivimus. Inter haec
"colloquia Abatissa locum mihi dedit
"sui conveniendi. Cumque urgerem
"ut diem praescriberet, permisit mihi
"delectum: verum adjecta conditione
"ut Pylades adesset, quem habebitis
"Aureliae intra octo dies. Ita cum
"certius transigi non posset, detulimus
"arbitrium Pyladi. Vos nunc ut vide-
"bitur commodum eo agite quoniam
"vobis hic usui esse non possum. De
"rebus meis sic habe, mihi adhuc non
"esse statum hospitium; cum tamen &
"multa ad manum essent si voluissem
"conducere, & ab amicis deferrentur
"si voluissem uti eorum beneficio.
"Coiffartii nostri pater, eo mihi vultu
"domum suam obtulit, ut diceres ni-
"hil magis appetere quam me adjungi
"filio. Coiffartius etiam ipse multis
"precibus iisq; non frigidis saepe insti-

"tit

"tit ut me haberet contubernalem. Ni-
"hil unquam magis ab iis . . . . am-
"plexus ſum quam hanc amici volun-
"tatem: cujus conſuetudo quantum
"placeat & proficiat; teſtis eſſe potes.
"Et ſtatim manum dediſſem niſi ani-
"mus eſſet hoc anno Daneſio operam
"dare, cujus ſchola a Coiffartii domo
"longo intervallo diſſita eſt. Salutant
"te omnes amici qui hîc ſunt, prae-
"ſertim Coiffartius & Viermaeus cum
"quo equum aſcendo. Saluta matrem,
"uxorem, ſororem Franciſcam, vale.
"literas inchoatas ad Canonicum quas
"ſtatim à reditu abſolvam, & ſi quid
"eſt in mora diſpendii, ſarciam.
Pariſiis 5. Calend. Julias 1529.

JOAN. CALVINUS Fr. Danieli S. D.

"Literis Roberti fratris non potui ma-
"turius reſpondere, quia cum mihi cir-
"citer medium Novembrem redditae
"fuiſſent, mox ſuſcipienda nobis fuit
"quindecim dierum profectio. Quo-
"minus autem citius ad nos pervene-
"rint obſtitit nuncii morbus, qui duo-
P 5 "decim

"decim circiter diebus periculoso mor-
"bo Lugduni decubuerat. Interim
"praeterierant nundinae: quibus elap-
"sis non habebam quo literas destina-
"rem. De fratre sic habeto, illum
"omnibus modis apud nos retinere co-
"natus sum, at videbam illum temere,
"nullaq; satis justa ratione isthinc sol-
"visse: mihi persuadendus videbatur
"ut se domum reciperet. Quodque
"mihi frustra tentari aliquoties dixerat,
"censebam indulgendum esse in prae-
"sens, donec calor ille aliquantulum
"resedisset. Id mihi aliqua ex parte
"jam receperat, cum subito me nihil
"tale opinante sese in Italiam prori-
"puit. Ipsum n. & ejus comitem ad
"prandium expectabam, quia id tem-
"pus deliberando institutum erat. Non
"adfuerunt; cum toto die non compa-
"rerent, cepi suspicari nescio quid.
"Misi ad diversorium, cum jam demi-
"grasse renuntiatum est. Rediit do-
"mum sub horam quartam Petrus ad
"Vincula quem nosti, qui eos miliare
"unum deduxerat aut paulo plus. Qua-
"re si quid praeter voluntatem tuam ac
"tuorum

"tuorum accidit, mihi non est impu-
"tandum, qui studio in hoc feci, ne
"se longius vobis invitis subduceret.
"Vale omnibus salutatis, Dominus vos
"omnes conservet praesertim vestram
"familiam. Ex *Acropoli* 15. Calend.
"Februar. 1530. Literas meas sorori
"meae Mariae Paludanae reddendas cu-
"rabis.

Joan. Calvinus Fr. Danieli S. D.

"Statueram hoc tam alieno tempore ni-
"hil ad te scribere nisi hoc mihi argu-
"mentum nec opinanti oblatum esset.
"Nam dum discessum meditor correp-
"tus sum gravi diarrhoea, ad quam
"cohibendam dum mihi adest hic vir
"rei medicae citra fucum peritus, nar-
"ravit sibi in animo esse Aureliam mi-
"grare, isthicq; sedem deligere, ubi
"sperat arti suae fore locum. Putavi
"officii mei esse mea commendatione
"eum prosequi ne prorsus novus hos-
"pes in urbe vestra foret. Namq; pro
"nostra amicitia postulo illi manum
"des, & qua in re poteris juves. Nec
"ignoro

"ignoro quid sit commendare medi-
"cum, quem si indignum laudas, exe-
"ris latroni gladium ad publicam per-
"niciem, quod ei viam instruas ad ne-
"cem multorum cui impune (ut ille
"ait) trucidare licet. De hoc vero con-
"firmare tibi audeo probè eruditum
"esse in sua disciplina, nec ita tam
"usus expertem, ut prae imperitia fa-
"cile labi possit. Deinde non melio-
"ris esse doctrinae quam animi, haec
"tibi & aliis de homine mea fide pro-
"mitto; ac quantum in te erit age,
"ut tuto se illi committere audeant,
"qui alioqui non austeri sunt cum vitae
"suae discrimine probare incognitum.
"Quid mediter habes jam à nostro
"Francisco & ab hoc discere poteris.
"Saluta matrem uxorem sororem &c.

JOAN. CALVINUS FR. Danieli S. D.

"Ego quidem sine argumento possum
"apud te utcunque balbutire & pagi-
"nam implere, sed quid te morer meis
"nugis. Hoc unum in praesentia quod
"tibi curae esse arbitror, significari sa-
"tis

"tis est, me & bene agere, & pro ea "quam nosti desidia nonnihil studendo "proficere. Et sane inertissimi homi-"nis ignaviam acuere possit patroni "mei humanitas quae tanta est, ut li-"teris non mihi impendi facilè intelli-"gam. Quo magis mihi conandum "est, serioq; contendendum ne tanta "benignitate qua me premit & veluti "urget, obruat. Quamquam ne si "omni quidem studio enitar paria aut "etiam supparia facere possum. Adeo "mihi gravis adversaria constituta est. "Quamobrem haec cogitatio aurem "mihi vellit ut studio mutuo colam, "quorum nomine mihi tantum defer-"tur. Si id temporis quod vel exilio, "vel secessui destinatum est, tanto in "ocio transigere datur praeclare me-"cum agi existimabo. Sed de iis vi-"derit Dominus cujus providentia om-"nia melius providebit. Expertus sum "quod non liceat nobis in longum pro-"spicere. Cum promitterem mihi om-"nia tranquilla aderat in foribus quod "minime sperabam. Rursum cum in "amoenam sedem meditarer, nidus

"mihi

„mihi in tranquillo componebatur
„praeter opinionem. Et haec omnia
„manus Domini cui si nos committi-
„mus, ipse erit sollicitus nostri. Sed
„jam pene implevi paginam partim li-
„teris partim lituris. Vale. Saluta quos
„voles ex Acropoli.

JOAN. CALVINUS Francisco
Danieli S.

„Tandem jacta est alea. Exierunt com-
„mentarii mei in libros Senecae de
„Clementia sed meis sumptibus qui
„plus pecuniae exhauserunt quam tibi
„persuaderi possit, nunc omnem ope-
„ram do ut aliquid colligatur: aliquot
„professores excitavi in hac urbe qui
„perlegerent, in scholis Biturigibus
„amico persuasi ut suggestum conscen-
„deret ad publicam professionem, tu
„etiam mihi nonnihil commodare po-
„teris, si non gravaberis hoc dabis ve-
„teri amicitiae nostrae, praesertim cum
„citra existimationis tuae dispendium
„hoc officium praestare nobis possis,
„quod publico etiam bono forte ces-
„surum

„ſurum ſit: ſi ſtatueris hoc me bene-
„ficio obſtringere, mittam centum
„exemplaria, aut quot tibi viſum fue-
„rit. Interim habe hoc tibi exemplar,
„quod dum accipis ne putes dictam a
„me tibi aliquam legem, volo per me
„tibi omnia eſſe libera. Vale & cito
„reſcribe. Pignaeo proxime ſcripſi,
„ſed non reſpondit, Broſſaeo multo
„ante ſcripſeram, ex quo tamen tem-
„pore, vicem non reddidit. Is qui
„ſuum Regio exemplar reddet ſaluta-
„bit officioſe. Pariſiis 10. Cal. Majas.

JOANNES CALVINUS Fran. Danieli
S. D.

„Ne adverſus meam ignaviam pro ve-
„teri tua conſuetudine longam clamo-
„ſamq; accuſationem inſtruas, quum
„totum jam trimeſtre elapſum fuerit,
„quo nullae tibi a me litterae vene-
„runt, rem, ut omnino eſt, paucis
„accipe. Dum Genevae diebus ali-
„quot a fratribus detineor, donec re-
„ditus à me promiſſionem extorque-
„rent, dum cognatum *Arteſium* Baſi-
„leam

„leam deduco, & in ipso itinere Ec-
„clesias multas offendo, quibus immo-
„rari aliquantisper rogor; elapsae sunt
„interim mihi nundinae Augustae, qua-
„rum tempus ad perferendas litteras
„imprimis erat opportunum. Porro
„Genevam simul ac me recepi, cor-
„reptus sum vehementi catarrho, qui
„tanta vi in superiorem gingivam in-
„cubuerat ut duplici phlebotomia bis
„repetitis catapociis compluribusque
„fomentis nono demum die vix fuerit
„mitigatus, certe nec dum discussus
„est post amissam illam occasionem,
„tametsi otii satis fuit ad scribendum,
„neque penitus clausa erat litteris no-
„stris via: quia tamen singulis mo-
„mentis de gallica libelli nostri editio-
„ne cogitabamus, & spes prope certa
„jam esse ceperat, literas ejus acces-
„sione dotatas venire ad vos malebam
„quam inanes. Antequam vero deli-
„berando illa conciderat, disputatio-
„num Lausannensium dies jam impen-
„debat quibus me interesse oportebat,
„simul & nundinas Novembres instare
„prospiciebam, quas quum ad scri-
„bendum

„bendum ducebam fore tempestivio-
„res, earum occasionem expectare sa-
„tius tandem visum fuit. Haec ad co-
„hibendas tuas expostulationes. Dis-
„putationum istarum quarum mentio-
„nem nuper injeci rumorem sic longe
„lateque pervagatum esse intelligo, ut
„aliqua ejus aura urbem vestram affla-
„tam esse nihil dubitem. Institutae
„fuerunt Senatus Bernensis decreto,
„cum solenni Edicto quo impune li-
„berumq; unicuique jussit esse Sena-
„tus, proponere quod ad religionis
„suae dissensionem pertinere videre-
„tur. Hanc optimam esse rationem
„putarunt qua eorum inscitiam publi-
„ce traducerent, qui verae religioni
„adversari conarentur, atque ita trium-
„phatum ex hac nova ditione quam è
„manibus Ducis Sabaudiae receperunt,
„ablegarent. Jam ex multis locis idola
„& altaria labefactari coeperunt ac bre-
„vi futurum spero, ut, quod adhuc
„superest, repurgetur. Faxit Domi-
„nus ut ex omnium cordibus idolola-
„tria corruat. Ipsius vero disputatio-
„nis μορφὴν ideo tibi non describo,

„quod nec brevi fermone complecti „queam, & aliquando editam iri con„fido. Bernam cras, fi Dominus de„derit, proficifcar, qua de re ex aliis „noftris literis difces, & vereor ne „Bafileam ufque fit pergendum: quam „tamen moleftiam, quoad licebit effu„gere contendam: praefertim fracta „valetudine & anni tempeftate valde „adverfa. Si tamen effet boni animi „quantum verborum ociofis illis ven„tribus qui apud vos fuaviter in um„bra garriunt, huc profecto ad fufci„piendam laboris partem ultro advo„larent, cui adeo pauci fufficere ne„quimus; vix perfuaderi poffis quan„ta fit miniftrorum penuria prae eccle„fiarum multitudine quae Paftorum „egent. Utinam fi qui faltem funt in„ter vos cordatiores fpectata Ecclefiae „neceffitate, fubfidiariam operam ferre „in animum inducant. Dominus te „confervet. Laufannae 3 Id. Octobr.

„Saluta quaefo diligenter noftro no„mine matrem ac fororem tuam uxo„rem etiam fi videbitur; cognatum „& ceteros omnes.

Idem

Idem eidem S. D.

„Quod te mea deprecatione exorari „passus es, ut filio dares veniam, gra„tum mihi officium fuit, & quod sua„vem reduxit memoriam veteris no„strae amicitiae, cujus te non esse ob„litum cognovi. Adolescentem ipsum „serio hortatus sum, ne studium juris „civilis abjiceret. Excepit initio sibi „minime cordi esse scientiam illam, „cujus nullum speraret usum sibi fore, „& habebat speciosos colores, quando „tot corruptelis hodie civiles vestrae „actiones sunt refertae, cur non liben„ter ad eas adjiceret animum, sed post„quam officii sui ipsum admonui, ac „praesertim crimen ingratitudinis non „posse effugere, nisi voto tuo morem „gereret promisit se facturum quicquid „ex tuo jussu praeciperem. Etsi au„tem auctoritate mea victus cessit, ne „quid tamen dissimulem animadverti „illuc invitum trahi. Caeterum quoad „per occupationes licebit, operam da„bo ne extra metas suo arbitrio vage„tur; neque enim timendum, ne prae „fervore aetatis lasciviat, si temporis

„progreſſu minus in jure civili quam „optandum ſit proficere videro, con„ſilium ex occaſione nobis capiendum „erit, ſcis enim quam difficile ſit in„genuas naturas cogere. Curabo etiam „ut liberalibus doctrinis ſe addicat, & „ſimul admiſceat Theologiae ſtudium. „Certè apprimè neceſſarium eſt, ad „quodcunque vitae genus eum deſti„nes, ut ſe probe exerceat in pietate. „Hactenus non video, cur tibi mole„ſtus ejus diſceſſus eſſe debeat, unde „fructus non poenitendus jam apparet. „Utinam te quoque ex laqueis quibus „teneris implicitus, aliquando exol„vas. Quod mihi tuis literis praeſcri„ptum eſt, menſtruis penſionibus ac„cipiet. Porro quia veſtis quae domo „advehebatur, Lugduni furto ablata „eſt, aliam mediocris pretii, quae ab „hyemis frigoribus eum protegeret, „negare puduit. Haec in praeſentia. „Si quid novi tempus attulerit fide„liter indicabo. Flambergio noſtro, „quia non aliter conſulere poſſum „aeternae ejus ſaluti, ſaniorem ani„mum precor, ne in ſordibus ſuis

„ſemper

„ſemper tabeſcat. Quid de patre bo-
„nae requietis dicam? qui in foecibus
„ſuis reſidet nimis ſecure. Deus vos
„omnes ſpiritu ſuo gubernet, tueatur,
„ſuſtineat virtute, & donis coeleſtibus
„locupletet: tuamq; familiam ſua be-
„nedictione magis ac magis proſequa-
„tur. Vale iterum atque iterum exi-
„mie vir & amice mi colende. 6 Ca-
„lendas Decembr. 1559.

IDEM eidem S. D.

„Filius patruelem quo juſſiſti, ſequu-
„tus eſt. Adoleſcentis ingenium ne
„ſua agilitate huc & illuc feratur, opus
„freno habere prudenter indicas, prae-
„ſertim vero ut ſe contineat in uno
„ſtudii genere, deinde ut ſolidae eru-
„ditioni ſe addicat potius quam ambi-
„tioſe circumagatur, ex ſingulis arti-
„bus aliquid leviter guſtando. Pollet
„acumine, ſatis feliciter inſtitutus eſt.
„Modo immodicus fervor, commune
„aetatis vitium, corrigatur, bonam fru-
„gem producet, quod fore certo con-
„fido, quia & modeſtiam prae ſe fert,

„& breve tempus aliquid maturitatis
„jam sponte attulit. Si juri civili eum
„cupis seriò incumbere, stimulandus
„erit, quia alioqui non admodum pro-
„pensus est. Aurei septem & solidi
„viginti quos à me acceperat, nume-
„rati sunt. Puduit certè, quum pri-
„dem in aere tuo sim, recipere. Nec
„vero si paulò essem locupletior, pas-
„sus fuissem vel assem unum mihi red-
„di, sed persuadeas tibi velim, me &
„tuum esse & quantulumcunque habeo
„semper tibi ac tuis fore paratum.
„Tantum quod saepius facere in ani-
„mo fuerat strenarum nomine duabus
„tuis filiabus mitto singulos Henricos,
„ut saltem ad illas perveniat exiguum
„hoc meae gratitudinis pignus. Vale
„eximie vir, Dominus te cum familia
„tueatur, gubernet ac sustineat per-
„petuò. Pridie Idus Februarii 1560.

Joan. Calvinus moriens Gul. Fa-
rello fratri S.

„Vale mi optime & integerrime fra-
„ter, & quando te Deus superstitem
„manere

„manere vult, vive memor nostrae „conjunctionis: quae ut Ecclesiae Dei „fuit utilis, ita nos ejus fructus in coe„lo manet. Nolo te fatiges mea cau„sa; jam spiritum traho, & assiduè ex„pecto dum me anhelitus deficiat. Sa„tis quod Christo vivo & morior, qui „suis lucrum est in vita & in morte. „Iterum vale cum fratribus.

Apud Biturigas missae.

Eruditissimo D. Petro Castellano
DES. ERASMUS.

S. P. Quum tu nobis materiam de„clamas de mutato meo in te animo „Doctiss. Castellane, agnosco tua in „me beneficia, & amo ex animo doc„trinam studiumq; tuum, unde veni„ret mihi in mentem, ut essem abs te „alienior. Scito tamen earum quas „memoras litterarum nihil mihi reddi„tum esse. Puto Antonium non adis„se fratrem tuum, quanquam is jam „decoxit Lutetiae, cessitq; bonis, ut „ajunt, malis tantum dives, quum

„proximas illas litteras committerem
„ituro Lutetiam, dedi dono corona-
„tum aureum. Arrisit dissimulans se
„eo non rediturum, dedi & alios qua-
„tuor coronatos, alteri cuidam donan-
„dos curavit tum per alios omnia bo-
„na fide. Quid apud Reginam Na-
„varrae possim nescio, neque enim
„mihi quicquam cum illa commercii
„est nisi quod illam quorundam instin-
„ctu semel aut iterum appellavi litte-
„ris. Illa praeter salutationem nihil
„remisit. Utinam possem tibi, mi Pe-
„tre, magno esse commodo, nulli
„gratificer lubentius; mieretur hoc in-
„doles tua virtusq;. Praesuli Bituri-
„gum debeo libenter & sunt ejus in-
„genii complures, sed Bedda cum suis
„strenue fieret. Si tuae litterae, quas
„attulit Hieronymus Frobenius, venis-
„sent quatriduo maturius, erat certus
„per quem scripsi Carolo Lucqueto,
„qui per me volebat Alciato commen-
„dari, per eum accepisses & meas,
„nunc hae quando sint ad te perven-
„turae nescio. Non memini à scri-
„bendo deterruisse. Quid enim non
„posses,

„posses, quocunque intendas inge-
„nium istud felicissimum? Bene vale.
Friburgi Brisgoae prid. natal. Virginis 1529.

Erasmum κακόγραφον agnoscis.

A. 27. Codex chartaceus.

Epistolae autographae, nullo ordine digestae, a variis, Seculo XVI. exaratae; inter has sunt quaedam Joh. Sturmii, qui circa medium ejus Seculi in Academia Argentinensi claruit, doctrinâ egregius; dogmatibus Reformatae fidei addictus; quae ab eo hìc exstant Epistolae, omnes ad patrem qui Sleidae, oppido Coloniae vicino, degebat scriptae. Apparent pauca Bullingeri & Theod. Bezae. Sed plurimae sunt à Valentino Ampelandro, germanice *Rebmann*, ad filios, Wolfgangum, Jacobum, Rudolphum scriptae. Docuit ille, pater nempe, literas graecas in Academia Bernensi. Erravit author Dictionarii Helvetici, qui eum vitâ functum tradit 1578. quum in nostro Codice exstent literae an. 1587. ad eum datae. Filii, patris vestigiis ingressi, Ecclesiastico ordini & bonis literis vitam impenderunt. Rudolphus apud nostrates innotuit Carmine Bucolico, quô *Stockhorn* & *Niesen*, Montium agri Bernensis cacumina colloquuntur; parum feliciter sane, nec ita ut olim Carminis Bucolici Scriptores Virgilius & Theocritus; sed ita ut difficile sit judicare, an moles carminis graviori onere premat lectores, quam terra premitur montibus ipsis.

Reperimus tamen, inter multas domesticas res, quaedam etiam circa negotia publica, praecipue ad historiam Ecclesiasticam Helvetiae, ad historiam etiam Eruditionis illustrandam non aspernenda. Epistola Johannis Oporini, quam hic edimus, non injucunda erit. Paucae Theod. Bezae, Henr. Bullingeri, in hoc volumine extant Epistolae.

Hoc volumen compilaverat Rodolphus Ampelander, quod testatur ipse, inscriptione, quae primo folio exstat, sic;

„Joannis Rodolphi Ampelandri sum,
„me colligente 1589. mortuis jam
„Valentino patre, Wolfgango & Ja-
„cobo fratribus.

Pio ac bonarum literarum studioso adolescenti JACOBO AMPELANDRO *dilecto filio suo.* Basel

Bernae 18. *Junii* 1582.

Valent. Ampelander parens tuus.

S. D. P. per Jes. Ch. Dum. & Servatorem nostrum. Licet parum esset, „dilecte fili Jacobe, quod hoc tempo- „re ad te scriberem nolui tamen ho- „minem tam certum sine literis ad te „venire. Valemus omnes per Dei „gratiam, resque nostrae Dei benefi- „cio bene habent. Tenet adhuc nos „suspen-

„ſuſpenſos Sabaudicum bellum, cui
„quin exercitu, ac quidem gravi, ſit
„obviandum nemo fere eſt qui am-
„plius dubitet. Nam & Pontificis co-
„piae dicuntur adventare, & pagi qui-
„dam Helvetii per Alpes in Pedemon-
„tium his diebus profecturi, Pontifi-
„cisque copiis ſero conjuncturi dicun-
„tur,ad vexilla quinque circiter. Quod
„noſtri cunctantur, nec adhuc in ex-
„peditione ſunt, non per nos ſolos,
„ſed per coeteros quoque ſtat Helve-
„tios & Confoederatos, qui ſe nobis
„conjungerent, nec dubium eſt quin
„grave ſit periculoſumq; futurum bel-
„lum, ſi vera ſunt quae apud nos tam
„conſtanter dicuntur. Si quid nobis
„adverſi (quod avertat Deus) accide-
„rit, merito Dei juſtitiam ac noſtram
„agnoſcere debemus impietatem, in
„quâ, ut inquit Apoſtolus, juxta du-
„ritiem noſtram, & cor poenitere
„neſcium, pertinaciter pergimus, &
„nobis ipſis Dei colligimus iram. Te
„mi Jacobe hortor,, ut nunquam ceſ-
„ſes Deum precari, & pie coram ipſo
„vivere. —— (Hic res domeſticae).
„Scripſit

„Scripſit ad me quoque Dnus. Sulze-„rus, cui tam ſtatim reſpondere no-„lui, ne ἄκαιρος ἔυνοια moleſtiam po-„tius quam gratiam pariat. Praeſer-„tim cum illo ego tam multis gradi-„bus inferior ſim. Ipſum, ſi commo-„de potes, meo nomine officioſiſſime „ſaluta. Item coeteros, imprimis D. „Hoſpitem veſtrum — cum Davide & „Bilando, coeteriſque Bernatibus ſtu-„dioſis. Te ſalutant noſtri omnes. „Tale. Ne libros amplius coëmas, „cum non ſit opus nimiiſque excreſ-„cant ſumptus.

Joh. Oporini *ad* Valentinum Ampelandrum, *Eccleſiae Bernenſis Miniſtrum.* Datae Baſil. Id. Febr. 1565.

„S. Chriſtianiſmum tuum, ſive de Chri-„ſti regno librum mihi inſpiciendum „exhibuit vidua Hervagiana, quod in „ejusmodi rebus neminem habet cu-„jus conſilio tuto poſſit uti. Eum ego „obiter inſpexi, & quod nullum auto-„ris nomen adjectum erat, & rerum „diſpoſitio ſimul ac dictio placebat, „ipſum

„ipſum D. Muſculum autorem eſſe li-
„bri putabam. Hortatusque ſum vi-
„duam, ut Cenſoribus eum mitteret.
„Dignum enim mihi videri librum
„editione, neque putare quidquam eſ-
„ſe in toto libro a quo offendi facile
„poſſint, niſi ſub finem quod de Coe-
„nae negotio paucis aliquot paginis
„Tractatus inſertus eſt. Itaque audie-
„mus & de illo Cenſorum judicium,
„quod tamen in poſtremum modera-
„tius fore ſpero, poſt ſcriptas ad no-
„ſtros Abrahami litteras, quas tamen
„ipſas voluiſſem minus acerbas atque
„dentatas fuiſſe. Profecto nobis hîc
„non luditur de caſſa nuce, dum ab
„iſtis Ariſtarchis pendendum aut paſto-
„ratûs functione noſtra ceſſandum, aut
„urbe cedendum eſt. (NB. hîc in margine
adſcripta ſunt germanice, ſequentia: „Der
„Tüfel hat uns mit dem nüwen Bab-
„ſtumb beſchiſſen, quod libertatem E-
„vangelii renovati doctrina primum
„vix partam, *paſtoratus* evertit; ut in
„veteri Papatu jam plus libertatis ſit,
„quam in rebus publicis Evangelicâ
„doctrina reſtitutis) quae poſtrema
„duo

"duo ita nobis incommoda essent fu-
"tura, ut quidvis potius quam hoc ac-
"cipiendum esse nobis facile statuere-
"mus. Oro itaque te quoque mi D.
"Ampelander ut ab D. Abrahamo pla-
"cidiores litteras ad nos, sive D. *Co-*
"*cium* scholarum nostrarum Rectorem
"impetres. Placari enim *Vejoves* illi
"non irritari volunt. Et habet quae-
"vis Respublica sua quaedam, quae vel
"immutari vel impugnari ab aliis etiam
"meliora sentientibus, non semper ae-
"quo animo fert. Coeterum de opere
"tuo, sive Christianismo, cuperet vi-
"dua scire, quanti facias, & an aliquid
"ultra missos ad te libros, quorum ca-
"talogum in rationibus etiam meis in-
"venit, exspectes amplius. Forte enim,
"missa prius a te praefatione, cum a
"Censoribus adprobata fuerit, & Deus
"nobis vitam produxerit, de eo ali-
"quando edendo consilium inibit. Be-
"ne vale, & ignosce occupatiori, quam
"ut tales, quales cuperem, litteras scri-
"bere ad doctos homines possim.

Joh. Oporinus, *tuus ex animo.*

WOLFGANGUS AMPELANDER
ad fratrem Rodolfum Ampelandrum
Heidelbergae degentem.
Bernae 23. Martii 1587.

"S. Non potui, frater Rodolfe, non "aliquid ad te hoc tempore fcribere, "ne fortaffis filentio hoc meo, veterem "illum amorem, quo te femper com-"plexus fum, defiiffe arbitrareris. Te, "(ut opinor) non latet, quantis & quot "plerumque illi, qui in minifterio ur-"bis noftrae verfantur, diftrahantur ne-"gotiis, quae res facit ut & ego & ra-"rior & levior fim in fcribendo. Qua-"re minus aegre feres, fi officio fcri-"bendarum epiftolarum non femper in-"vigilare, vel tibi hac in re pro tuo "defiderio fatisfacere poffum. Com-"mendavi te ftudiofè litteris ad D. Sòh-"nium datis, is te (ut opinor & mihi "plane perfuadeo) nequaquam negli-"get. Tu vide, ut pareas praeceptori "tuo, qui tuae diligentiae & ingenio "egregium ferre videtur teftimonium, "itemq; Domino Sohnio fic in omni-"bus obedias, ne unquam juftam de te

"que-

"querendi occasionem vel levissimam "etiam causam habeat. Magnam de te "omnes spem concepimus, fore, ut "aliquando & doctior & melior, ma-"gno nostro cum ornamento, & emo-"lumento Ecclesiae & patriae, ad lares "nostros sis rediturus. Ad quam rem "consequendam divinitus (crede mihi) "domus sapientiae tibi oblata est; de "qua ego olim male persuasus perpe-"peram judicavi, jam vero illam sic "tibi commendo, ut non tantum illam "deserere non affectes, sed etiam Deo "gratias agas, quod eo in stadio tibi "contigit currere, quo ad metam & "palmam felicissimam Studiorum facil-"lime pervenitur. Nescis quantum pa-"ter, & ego, D. Musculus, D. Affinis "Hybnerus imò omnes gaudeamus, "quod in eas aedes, tanquam in alte-"ram Platonis Academiam deveneris, "ex qua etiam inutiles & stupidi, ve-"lint nolint, aliquanto doctiores, quam "fuerint prius, egredi conspiciantur. "Tuum reditum mi frater magno desi-"derio exspecto, attamen talem, qui "nobis omnibus non dedecori sed or-

"namento

"ornamento sit futurus. Nova apud "nos quotidie multa oriuntur. De "Pfiffero fama sparsa est, quod in ar- "mis sit, unaque cum illo delectorum "militum aliquot millia. Animorum "habitus in nostra Helvetia talis est, "qualis fere antehac nunquam fuit. "Intentissimis inter se Helvetii ardent "& depugnant odiis. Minantur Pa- "pistae nescio quid, & bellicis tumul- "tibus terra strepit. Der Mütt Din- "kel ist dienach uff die 14. tb. uffgstie- "gen, der Mütt Kernen dienach uff die "10. Cronen, der Mütt Haber uff die "10. tb. Multi fame pereunt, quod "ideo scribo, ut magna cum gratitu- "dine eo beneficio, quod tibi inprimis "Dei, deinde etiam Principis Casimiri "liberalitate, intercessioneq; & opera "aliorum bonorum virorum obtigit, "utare, inprimis Deo tum etiam tuis "Mecoenatibus pro eo agas gratias. "Salutat te Apollonia mea itemq; Ur- "sula plurimum. Datae Bernae 1587. "23. Martii.

T. Frater Wolfg. Ampelander.

R Fride-

A. 30. Codex chartac. fol.

Epistolae, maximam partem autographae, H. Bullingeri, Phil. Melanchtonis, Theod. Bezae, Thomae Erasti, J. Jac. Grynaei, & aliorum Seculi XVI. Virorum eruditione & pietate illustrium; inter quas plurimae, Jac. Grynaei praesertim, ad Abrahamum Musculum, qui an. 1565. inter Ministros Evangelii in urbis Bernensis Templo Cathedrali receptus, deinde an. 1585. ejusdem Ecclesiae Antistes factus est, viri inter Theologos Reformatos clari, qui Wolfgangi nempe Musculi, qui ab anno 1549. in Academia Bernensi Theologiam publice professus est, fuit filius. Ab hoc Abrahamo habemus Opus anecdotum, nempe *Annales historicos urbis & agri Bernensis*, ab anno 1574. ineunte; quo anno desinunt Annales JOHANNIS HALLERI, uterque anecdoti usque ad annum 1587. Eos Annales junctim habent Codices MSS. qui apud varios nostrates adservantur. Adsunt praeterea in hac collectione quamplurimae Epistolae Abrahami Musculi, superioris Decani nepotis, Parochiae *Reitnau* in Argovia Pastoris ab anno 1616. usque ad 1637. de rebus domesticis, academicis, & ecclesiasticis, maximam partem ad Adamum Forerum Ecclesiae *Tobiniensis* (Zofingen) Antistitem.

Prima nostri Codicis Epistola est autographa Henrici Bullingeri ad Eberhardum Rümberg.

Secunda ejusdem ad Benedictum Martinum (alias Aretium) ludi litterarii Bernae moderatorem, fidelissimum & doctissimum in domo fratrem (sic enim fert inscriptio). Eam, quamvis propter Bullingeri manum obscurissimam,

limam, difficilis fit lectu, hic damus non tamen integram.

"S. D. Accepi literas tuas colendissime "& charissime mi Benedicte — (quae sequuntur, sunt res domesticae nullius momenti) in fine haec: "Scribunt amici "nostri nescio quem certo Heinrichum "Brunschwigium, cui semper in ore "erat, mein Zeit mit Unruh, fatis con"cessisse. Successisse autem ei filium "ejus Julium, qui sit patri dissimilli"mus, & Evangelicae veritatis studio"sissimus. Unum speramus, Pontifi"cem Antichristum & hunc ducatum "brevi amissurum. In Anglia quidem "valde periclitatur, quod in Regium "solium evecta sit Regina, *Mariae* qui"dem soror, sed pietate & . . . . . "& benignitate nihil minus quam san"guinariae & Papisticae illius soror. "Dominus concedat ei Spiritum forti"tudinis & sapientiae. Plurima enim "impedimenta adhuc exstant. Verum "est Deus orandus ut is ex itinere tol"lat omnia. Vive & vale cum omni"bus fratribus quos ex me nominatim "salutabis. Tiguri 29. Decemb. 1558.

Agit hic Bullingerus de Reginae Elisabethae accessione ad Coronam Angliae; qui cum illa postea literas de Religionis negotio mutavit, quarum autographa exstant in Bibliotheca Tigurinorum.

Tertia est *Philippi Melanchtonis ad Wolfgangum Musculum*, *Episcopum Ecclesiae Augustanae* (cui tunc, anno nempe 1545. adhuc praeerat) data 7. Maji 1545. Inscriptio Epistolae à manu Melanchtonis talis est:

"Clariss. Viro Eruditione & virtute "praestanti D. Wolfgango Musculo, "Episcopo Ecclesiae Augustanae pio & "fideli amico suo carissimo.

Constat ex historia Wolfgangi Musculi, eum Augustanae Ecclesiae, quo jam anno 1531. ex Argentina vocatus fuerat, postea an. 1534. amplectendae novae Evangelicae fidei autorem fuisse. Melanchton, dum hanc scribebat Epistolam, degebat Wittembergae, anno nempe 1545. quamvis non subscripserit nisi diem & mensem. Autographa est tota, manua aliquantum desperatior, quam Henrici Bullingeri.

"S. d. Deum eternum Patrem Domini "Jesu Christi oro ut servet hunc *Hen*"*zelium* civem vestrum, quem spero "magno usui & ornamento patriae fu"turum esse. Meministi Psalmi: *Bea*"*tus vir qui pharetram talibus telis in*"*struxit. Felix civitas in quâ homines* "*ingeniis*

"ingeniis bonis praediti, & literis ac "virtute instructi & Deum timentes per-"vehuntur ad gubernacula. Talem au-"tem esse jam Henzelium adfirmo, ac "te rogo, ut eum amanter amplectaris, "praesertim cum te quoque valde dili-"gat. Ecclesiam in ripa *Danubii* a te "pie constitutam esse gaudeo. *Tigu-"rinos* doleo & immoderate respondis-"se, & miscuisse absurdam opinionem "de Ethnicis. Non est Ecclesia Dei "in eo coetu, ubi prorsus nulla pro-"missionis de Christo notitia est, nulla "vox Evangelii, nullum ministerium. "Miror cur cumulare odia velint. A te "literas & flagito & exspecto. Dum. "*Geryonea* amice salutabis meis verbis. "Mitto vobis paucas pagellas, nihil "enim habebam recentius. Bene & "feliciter vale.

Philippus Melanchton.

Adjunctum est Tetrastichon Philippi Melanchtonis, nescio quo casu, nec ad hanc Epistolam pertinens, cui subscriptum: *Melanchtonis manu.*

„Non casu volucres atomi sine fine ruentes

„Hanc mundi formam progenuere novam.
„Formatrix sed mens sapiens, atque optima mundi est
„Omnia quae mira condidit arte, Deus.

Quarta est Epistola antographa *Johannis Calvini*, inscripta:

„Ornatissimo Viro, & Bernensis Ec-
„clesiae Doctori fidelissimo D. Wolf-
„gango Musculo, fratri & mistae
„observando Bernae. Calvinus.

„S. de professionis meae successu co-
„ram tibi in reditu narrassem plus quam
„literae ferant, nisi visum esset eorum
„oculis parcere, quibus nomen meum
„magis odiosum esse nosti quam ut
„praesentia sit tolerabilis. In ----andis
„Ecclesiae Gallicanae discordiis mole-
„stissimus labor, qui nos totis quatuor-
„decim diebus constrictos tenuit.

Optatissimo Patri suo Guilelmo Sturmio.

"S. P. Quum toto hoc anno pater
"optatissime nihil tibi significarim de
"rebus

"rebus meis, in causa haec sunt. Cum "primum huc venissem, cecidi in ae-"gritudinem ob aëris difficultatem at-"que gravitatem tantam ut cogitarim "de reditu in Galliam. Hoc consilium "confirmarunt dies caniculares, per "quos me tertiana febris invasit, ne-"que ante quintum mensem omnino "cessavit. Effecit tamen bonitas Ma-"gistratus nostri, & amicorum preces, "& necessitas religionis, ut nisi emen-"detur Ecclesia per Galliam nunquam "sim eo rediturus. Dantur mihi in "singulos annos floreni centum qua-"draginta, promittitur accessio sexa-"ginta. Florini sunt Argentinenses, "quorum pretium est 15. batzenorum "& 3. cruciferorum. Ich myn es sol-"den syn 1. *rüd. Wissen.*

"De fratribus meis diu nihil certi po-"tui cognoscere; tandem ex Bentera-"do & ex hoc tabellario audivi Guliel-"mum isthic docere & Jacobum adhuc "esse Lovanii. Vereor ne nimis sit "citò de Gulielmo; cum Jacobo agitur "melius. Velim tibi Gulielmum esse,

"ubi multorum exemplis provocaretur,
"& ubi artes atque disciplinas, quas
"nullas adhuc tenet, cognosceret. De-
"est enim ei Dialectica, Rhetorica, de-
"sunt Mathematica, & cum ad jus ci-
"vile idoneam naturam habeat rapitur
"ad ejuscemodi ergastulum, in quo
"omnia praeclara ingenia impediri &
"languescere solent. Bucerus rogat
"me ut eum ad nos vocem, promittit
"in singulos annos sexaginta Florenos
"Argentinenses. Sumptus hic hone-
"stus triginta florenis comparatur, re-
"liquos triginta in libros & vestes im-
"penderet. Essem ei hic author, &
"habemus praeclaros Jurisperitos, ut
"per triennium se praepararet, linguam
"germanicam consequeretur, artes ne-
"cessarias, ac veram Doctrinam disce-
"ret & fundamenta firma poneret Ju-
"risprudentiae, deinde per biennium in
"Gallia reliqua perficeret. Ego Buce-
"ro nihil promisi, prius tuum consi-
"lium audire volo, deinde ut ne te-
"mere veniat cum Magistratu transige-
"re. Sed scribat ad me ut videam
"quantum pro ipso debeam polliceri.
"Jacobus

"Jacobus maneat Lovanii donec ei lo-
"cum etiam inveniam. Gulielmus si
"veniat volo ut sit cum Bucero, qui
"quoniam quotidie res multas & varias
"tractat habebit semper quod addiscat.
"Saluta matrem meam & sororem cum
"marito &c.

Argentinae 7. Martii
A°. 38.

Johannes Sturmius
Filius.

HULD. TROGIUS *Heidelbergae* 25. Jan. 1586. JACOBO FORERO *Ecclesiae Bernensis Antistiti.*

Salus per Christum Jesum, Dominum ac Servatorem nostrum unicum, tibi totique familiae ex animo precor &c.

"Quisnam sit status, amantissime ac re-
"verende & cognate, & quae condi-
"tio, tum valetudinis meae, tum etiam
"rerum novarum apud nos peractarum,
"ex proximis meis ad te datis literis,
"si tibi redditae sunt, copiose perspi-

 "cere

"cere potuisti. Tradidi vero illas, cla-
"rissimo Viro, & Doctori Joh. Jacobo
"Gryneo, Basileam iter facienti: qui,
"se intra mensis spatium ad nos rever-
"surum, pollicitus est, de quo tamen
"permulta dubitant Basilienses, eum
"sedulo in id incumbere audivi, ut
"conditionem illam, ad quam vocatus
"est, suscipiat, & primarii Antistitis
"officio, in summo Templo defunga-
"tur. Caeterum quum jam iterum cer-
"tus sese offerat tabellarius, ex ipsa ur-
"be Berna oriundus, qui juniorem Boni-
"stetensem, ducis illius apud vos filium,
"comitatus est, ut tuto ad nos perve-
"niret, & in aula Principis Illustrissi-
"mi, apud Frid. IV. Ludovici, piae
"memoriae, haeredem, vitam degeret:
"intermittere sane nec debui, neque
"etiam volui, ob multiplicia tua in me
"collata beneficia, quin saltem literis
"meis te salutarem, tibique, si quan-
"do vacaret, ansam rescribendi prae-
"berem. Nihil autem in praesentia,
"quod laude dignum sit, literis ut com-
"mittam, habeo: nisi ea, de quibus &
"proxime te certiorem feci. Spargun-
"tur

"tur quaedam varia de novis seditioni-
"bus in Gallia exortis; necnon & de
"Sabaudo, quippiam contra Geneven-
"ses moliente. Ad haec etiam multi
"affirmare non dubitant, Regem Gal-
"liae Principi nostro bellum indixisse,
"quia suam operam locare constitue-
"rit Regi Navarrae, & Principi Con-
"densi. An res ita se habeat, non per
"omnia mihi constat. Hoc tamen cer-
"to affirmare audeo, 23 die hujus
"mensis omnes cives, in nostra Urbe
"degentes, convocatos esse, & singu-
"los admonitos, ut juramenti memo-
"res, quamprimum signum daretur,
"in suburbio convenirent quidam, cae-
"teri in locis constitutis; nonnulli &
"in muro, quo circumdata est civitas,
"apparerent; ad depellendos motus &
"seditiones, imo proditiones. Ad id
"autem impulit Principem faciendum,
"nebulo quidam ex Gallia, qui se Stu-
"diosum esse simulabat, & in aula Prin-
"cipis omnia diligenter perscrutatus
"est; postea aufugit: Princeps re co-
"gnita studiose ipsum quaesivit, verum
"ille astutia praevalens, clam discessit,
"atque

„atque nunc apud Regem Galliae ipsum latitare, multi asseverant. Omnino brevi tempore experiemur gravissimum Dei ac justissimum judicium, propter varia nostra scelera, quae indies patramus, nisi matura resipiscentia huic malo resistamus &c. „Caetera ex Litteris D. Grynaeo 17. „Jan. traditis, plenius cognosces. His „paucis, ut contentus sis, humanitatem tuam rogo, meque semper commendatum habere non desistas. Saluta & meo nomine reverenter uxorem, Dorotheam, Verenam, Adamum, Jacobum, Margaretham, & „cognatum in Stephisburg cum tota „familia. Summis & precibus abs te „peto, ut mihi proxime scribas apud „Velsium, quid valeatis, & quid novi „apud vos agatur. Commendo te totamque familiam Deo, & eundem „precor, ut te nobis quum diutissime „sospitem & incolumem conservet. „Vale in Domino.

„Raptim Heidelbergae 25. Jan. 1586. „juxta veterem calculum T. hum. ad-
„dictissimus

„dictissimus Huld. Trogius, Heildelber-
„gae in domo Sapientiae degens. Non-
„dum redditae sunt mihi litterae tuae,
„primo ad Idus perscriptae. Salutant
„& reverentur Siberus & Fabritius.

„Nondum accepimus ſtipendium no-
„ſtrum à Daſypodio.

B. 50. 4to. Codex chartac.

Erasmi Roterodami ad Udalricum Zaſium Epiſtola de delectu ciborum in Jejuniis ab Eccleſia Catholica inductis. Baſileae 10. Kal. Mart. 1523.

Anecdotam cenſemus hanc Epiſtolam, quum deſit in Editione ampliſſima Operum Eraſmi Lugd. B. 1703. 10 vol. *in folio*, cujus Tomus tertius ſerie chronologica quamplurimas ejus exhibet.

Eraſmi animum à ſuperſtitione omni alienum fuiſſe, magnumque illum Virum non ſemel calamum acuiſſe contra ſuperſtitioſa commenta, quibus antiquam Religionis Chriſtianae puritatem obſcurarunt homines, omnes norunt, qui Scripta Eraſmi vel primis labris attigerunt. Non alienum fuiſſe ab opinionibus Reformatorum auſpicati & multi, de quo vide Bayle *Dictionnaire*, art. Erasme. Controverſias omnes de religioſis dogmatibus, & odia Chriſtianorum inter ſe maxime improbabat. Lege Epiſtolam Editionis Lugduno-Batavenſis, quae eſt ordine 650, ad Marcum

Marcum Laurinum, Collegii S. Donatiani apud Brugas Decanum, datam Basileae Kalend. Febr. 1523. unici mensis spatio nostrâ anteriorem. Multa inter eas conveniunt. Consilium tunc agitabat adeundi Franciam, invitante Rege Francisco; laudes Vini Burgundici in utraque Epistola occurrunt. Candor, hilaritas, acumen Erasmi in utraque elucent. Mentem vero circa controversias cum Lutheranis aperiunt verba haec, quae in Epistola illâ editâ occurrunt, ubi de oblata sibi à Carolo V. Imperatore in aulam Caesaream vocatione, quibusve causis eam recusâverit, agit.

„Ergo, si quid erat, quod hic metuebam, nihil aliud erat, quam ne cum Lutheranis confligandi negotium ab Eo mihi delegaretur, cui negare fas non fuisset; non quod faveam *seditioso negotio*, qui sic ab omni dissidio naturae quodam instinctu abhorream, ut si mihi pro latifundio lis esset suscipienda, citius rem desererem, quam jus meum prosequerer.

Paullo infra de eadem re lepide sic agit; nempe de recusata vocatione in aulam Caesaream:

„Et tamen ne haec quidem tam multa me deterruissent a reditu, nisi me violentus ille Tyrannus compedibus

„suis

„suis vinctum detinuisset. Quis iste
„Tyrannus, inquies, quum *Elvetia*
„Tyrannos nesciat? Phalaris, inquam
„ille calculus, cujus utinam mihi li-
„ceat esse Tyrannicidam.

Calculi nempe doloribus laborabat Erasmus, de quo etiam longa querela in Epistola nostra anecdota, quae tota scatet munditiis, salibus, ut omnia fere Erasmi. Non possum manum de tabula ponere quin haec ex eadem Epistola describam: quae animum & indolem Erasmi optime exponunt:

„nec ideo submoveo quemquam ab
„amicitia mea, si paullo propensior est
„in Lutherum; nec ideo renuncio cui-
„quam amicitiam, si ferocior est in
„Lutherum, quum uterque, quod fa-
„cit, bono studio faciat.

Beata foret conditio generis humani, si in quibuscunque controversiis ita sentirent homines! Nunc de Epistola nostra anecdotâ pauca sunt dicenda. Jura Civilia Friburgi Brisgoviae publice docebat Udalricus Zasius, Vir summa Doctrinâ & amicitia Erasmi clarus; cujus ad eum multae editae exstant Epistolae. Nostrae argumentum est de esu carnium in Jejuniis à Pontificiis prohibito. Erasmus, dum Friburgi apud amicum *Zasium* per paucos dies commoratur, propter adhi-

adhibitum in prandio pullum gallinaceum, magnum inter Sacerdotes & plebeculam oppidi rumorem exortum audierat. Haec occasio Epistolae, quae Erasmo digna videtur, agit praeterea de rebus variit, & familiaribus.

Idem Codex sequentia habet:

Epistolas quaasdam Academicas, ad Doctores & Rectorem Gymnasii Argentoratensis, scriptas circa annum 1566.

Xenium de Religione vera Evangelica, & fucata Papistica, quod D. Joanni Pareo Evangelii Praeconi praesentavit Bernardus Brandt 1582.

Theodori Zwingeri Epistolas aliquot, scriptas ad varios anno 1612.

Epistola autographa Bongarsii, *reperta inter schedas Bongarsianas.*

P. Danjeli V°. C°. Jac. Bongarsius S. D.

„Andreas Schottus, clarissime Danjel, „juvenis est Cujacio, Cl. Puteano, „P. Pithoeo, & tibi fortassis ex epi„stolis Lipsii notus. Hoc cum dixi „satis

„satis intelligis, quales doctrina ejus,
„& qui mores esse debeant: Sane ho-
„minem ita laudatum, amplissime lau-
„datum arbitror. Is mihi confirma-
„vit posse tuto litteras ad Lipsium per-
„ferri: & ne quid dubitarem, scriptas
„a Lipsio ipsis Kl. Octobr. litteras,
„Lugduno Batavorum ostendit. Scis
„quid velim. Nempe ne ille diutius
„fragmento tuo Liviano careat. Id
„ego a te non Lipsii, sed Reip. litte-
„rariae nomine etiam atque etiam pe-
„to. Sed ad Schottum. Dabit is pro-
„pediem Sext. Aurelium Victorem
„longe alium ab eo quem in manibus
„habemus. Dabit incerti auctoris frag-
„mentum de origine urbis Romae, in
„quo cum multa sunt antiquitatis ve-
„stigia, tum plurima ex Pontificum &
„Varronis libris transcripta. Dabit
„Cornelium Nepotem, diligenter post
„Lambini editionem castigatum, cum
„ejusdem auctoris fragmentis. Dedit
„jam libellum de Viris inlustribus, qui
„sub Plinii nomine circumfertur, non
„solum castigatiorem, sed & longe au-
„ctiorem: Addidit enim ex codice an-

„illud, ſed multò luctuoſius futurum,
„niſi de afferendo remedio iſtic cogi-
„tetur. Nam quod ad nos quidem
„hîc attinet, nihil adhibere poſſumus
„praeter adhortationes ad conſtantiam,
„prout ſeſe offert occaſio, & preces
„ad clementiſſimum illum Deum &
„Seruatorem noſtrum, vt horrendae
„iſtius in vicinia noſtra coeptae & vl-
„terius quotidie progredientis Apoſta-
„ſiae impetum inhibeat. Iſtud quid
„rei ſit rogo ne gravemini ex ipſo D.
„Roſeto, quamuis ob alias cauſas iſtuc
„miſſo, nec iſtud in mandatis haben-
„te, cognoſcere ne grauemini, vnde
„etiam perſpicietis, quàm ſit neceſſe
„de Thononienſis praeſertim praefe-
„cturae miſerrimo quod ad Religionem
„attinet, ſtatu, ampliſſimum iſtic ve-
„ſtrum Senatum à vobis certiorem fie-
„ri, ac feriò etiam admoneri, vt illos,
„admonito ſuorum promiſſorum Prin-
„cipe, patrocinio ſuo iuuare dignetur.
„Etſi enim in illis pleriſque non eſt in-
„uenta fides & conſtantia, qua prae-
„ditos illos eſſe oportuit, quod mirum
„non eſt accidiſſe ruſticis & imperitis
„plu-

„plurimis, cessante praesertim per pa-
„rochias publico, quo confirmarentur,
„ministerio, & è contrario discurren-
„tibus huc & illuc sacrificis, & nebu-
„lonibus aliis: tamen hoc vobis ausim
„testari non paruum illic fuisse & esse
„eorum numerum, qui genu ante Baal
„nondum flexerint, & inter eos etiam
„qui constanter non restiterunt, non
„deesse quorum miserae conscientiae
„sub hac captivitate ingemiscant. Nunc
„verò quum ad illa priora adiungan-
„tur expressa ipsius Principis, & qui-
„dem additis minis, mandata, facilè
„est prospicere quid sit brevi in tota
„illa ditione sequuturum, horrendo
„sanè cum offendiculo, & certa maxi-
„mo numero miserrimarum animarum
„pernicie: quod bonis omnibus, vt
„hîc apud nos, sic etiam longiùs re-
„motis, ac vobis istic praesertim, qui-
„bus auctoribus regiones illae Chri-
„stum fuerant amplexae, erit ipso etiam
„auditu longè grauissimum. Neque
„verò causa est, cur nonnulli miren-
„tur illos ipsos apud vos de istis non
„conqueri, ne per literas quidem for-

 „tasse.

„taſſe. Hoc enim etiam ex illorum „nonnullis apud me lachrymantibus „iam aliquot ante menſes didici, vix „quenquam poſſe iſtud conari, quin in „maximum periculum incurrat. Quae „quum ita ſe habeant, non dubito „quin pro zelo ſingulari veſtro, & „chriſtiana charitate ſitis, non tam ho„minum, quàm ipſius Dei & Domini „noſtri Jeſu Chriſti negotium iſtic tra„ctaturi, cui operae veſtrae vtinam „ille pro ſua miſericordia benedicere „dignetur, veſtrumque ſanctum mini„ſterium quamcumulatiſſimè promo„uere, & quampotentiſſimè tueri.

Genevae XV. Decemb. cIↃ IↃ XCVII.

Veſter totus

Theodorus Beza.

„Habeo quidem pro certis iſta, de „quibus tamen intra pauciſſimos dies „plura & certiora ad vos perſcribam, „prout res ipſa poſtulabit, Interea vo„bis hae literae velim vt ſint quidam „ad praeparandos bonorum animos ap„paratus, ſi fuerit vlterius progredien„dum.

Num. *G.* *Seculi*

383. 4to. Codex membran. *XIII.*

Galfridi Carmen de Equivocis s. Synonimis cum glossis marginalibus.

De hoc autore, Gente Anglo, cognomine *de Vino Salvo*, qui vixit circa 1240. vide Fabritii Bibl. medii aevi. Anecdotum est hoc opusculum, carmine hexametro exaratum, argumenti grammatici, sic incipiens:

„Ad mare ne videar latices differre, Camino
„Igniculum, densis vel frondes addere silvis
„Hospitibusque pira calabris, vel vina Liaeo.

Et paullo infra haec:

„Si quis habundare cupit in sermone latino
„Atque reservare quę mens cito lubrica fundit
„Eligat e multis hinc mutatoria vocum.
„Ut diversimode rem significabit eandem.

Glossa marginalis initio libri haec habet:

„Materia hujus libri sunt nomina sy-
„nonima — Titulus est hic: Incipit
„Enchiridion Galfredi qui composuit

 „hunc

„hunc librum & novam *Poetam* (Poe-
„ticam) & librum de Equivocis ——
„alii dicunt Magiſtrum *Matheum* Vin-
„docinenſem hunc libellum compo-
„ſuiſſe &c.

476. 4to. Codex chartac. XV.

Joannis de Garlandia Computus, ſeu *Carmen de Computo aſtronomico.*

Subjunctus eſt Commentarius Proſaicus, & Calendarium aſtronomicum. Nomen autoris in noſtro Codice ſcribitur ſic: *Gellandus.* Vixit iſte circa 1040. in Anglia; de quo adeundus Oudinus de Scriptoribus Eccleſiaſticis & Fabritius Bibl. medii aevi. Carmen barbare exaratum, *rythmis* hodiernis, ad formam Scholae Salernitanae; ſic incipit:

„Computus eſt talis proprie dictus
manualis
„Leva manus totum nobis facit hunc
fore notum.
„Quatuor in partes opus hoc diſtin-
guere debes.
„Dat cyclum prima ſolis, luneque ſe-
cunda
„Tertia dat feſta, diſtinguit tempora
quarta.

In

In variis Angliae Bibliothecis hoc opuſculum ineditum delitescit, & ineditum manebit.

Sequitur, ab eadem manu exaratum, aliud opuſculum gallicum, hoc titulo:

Le Livre de divinacions.

In fine Codicis adſcriptus eſt annus 1449. Gratum eſt, inter tenebras ejus aevi reperire tandem autorem a ſuperſtitioſis opinionibus alienum; ſcriptus eſt nempe hic Libellus adverſus Aſtrologiam Judiciariam. Autoris nomen non reperis. Sic vero incipit:

„Mon entencion a l'ayde de Dieu eſt
„montrer en ce livret par experience,
„par autorités & par raiſon humaine,
„que ſole choſe mauvaiſe & perileuſe
„temporelement eſt metre ſon enten-
„te à vouloir ſavoir --- les fortune ad-
„venir par Aſtrologie.

597. 4to. Codex chartaceus.

Bibliotheca univerſalis autorum, collata a Joanne Gualtero anno 1577.

Hoc opus ordine alphabetico ita digeſtum eſt, ut titulos Scriptorum de ſingulis rebus, ſcientiis, artibus, diſtinxerit. Primus itaque titulus occurrit: *Academia.* Primus autor, *Boetii Eponis Rondalinſani* Scriptum de uſu & progreſſu honorum academicorum, in 8o.

Opus amplum, quod Bibliographis perutile eſſe poſſit, Foliis 418. vel paginis 836. conſtat.

ſtat. Subjunctus eſt Index ampliſſimus autorum. Quis fuerit ille Gualterus, ignoramus. Tigurinum fuiſſe ſuſpicamur, Rodolphi Gualteri, qui tunc circa annum 1560.—1570. inter Theologos claruit, agnatum. Autographum eſſe videtur, charactere nitido exaratum. Aliquando ſub nomine autorum ſingulas enumerat editiones v. g. occurrunt tituli ſequentes: *Horatius*, *Plautus*, *Plinius*. Ubi eorum editiones recenſentur.

I.

B. 40. 4to. Codex chartaceus.

Hadriani Junii in Odarum Horatii libros 2. priores Commentarii.

Anecdotum opuſculum eſſe credimus, cujus ipſe animadverſionum libro IV. Cap. 6. meminit. Extant Hadriani Junii, Hornii in Batavia nati, viri omni literarum genere eximii, in varios autores, Homerum, Martialem, Petronium, Senecam, animadverſiones. Praemittuntur ejusdem Praefationes duae, quas hic edere lubet.

Praefatio in HORATII *Commentarium.*

Ampliſſimo ac comprimis reverendo D. Conſaluo Perezio, Setubienſi Archidiacono, Regi Philippo a Secretis, Hadrianus Junius Medicus S.

„Solet plaerumque dignitas ſublimis, „faſtum ac elatius ſupercilium, veluti Caecias

„Caecias nubes aut Heraclius lapis fer-
„rum, attrahere, vir ampliſſime, ſed
„in te rara illa & excellens inprimis
„eruditio, perpetua & conſtans huma-
„nitatis comes, eam labem facile de-
„terſit, atque adeo longiſſime diſpulit,
„ut in tanto inter purpuratos dignita-
„tis ſplendore, ne vel minimum qui-
„dem ejuscemodi maculae veſtigium
„extet, obvia & pronae facilitatis ple-
„na in te ſint omnia: id quod oracu-
„lari propemodum voce coram mihi
„retulerat olim in Angliam iter inſti-
„tuenti Nicolaus Grudius vir prima-
„rius ac tuarum laudium buccinator
„minime vacuus, quum te Hiſpaniae
„tuae incomparabile eſſe ornamentum
„ſive litteras ſive humanitatis officia
„ſpectes, haud irrita verborum fide
„praedicaret. Neque vero mirum
„quum non prudentia tantum multo
„rerum uſu parta & longinquis pere-
„grinationibus exercita, verum tota
„illa virtutum ſe mutuo ſequentium
„clientela, Muſis comitata, in pectus
„illud tuum, Regiis ſecretis dicatum
„domicilium, immigraſſe ſedesque fi-
„xiſſe

„xisse videatur. Qua re effectum est, „adeo, quum te consiliorum suorum „participem inter συμβουλεύοντας, gra„vissimum illum & divina quadam ma„jestate conspicuum senatum delegerit, „Regum nobilissimus & perspicientis„simus Philippus, prudentissime & cae„tera omnia illud videns in rebus tam „arduis imperioque tam lato, quur de„cem Nestoras dari sibi a superis Aga„memnon ille late rex optavit; quur „item Zopyrorum numerum mali Pu„nici granis aequalem expetierit Da„rius. Ista tuarum virtutum & doctri„nae haud vulgaris admiratio incitavit „me ad ambiendam tuam amicitiam „gloriae & ornamento mihi futuram, „simulque ad quaerendum libro meo „patrocinium ac praesidium, quod vi„deam illud a principum virorum au„toritate peti, more non nuper inve„cto, sed ab altissima vetustate intro„ducto, & ad posteritatem veluti per „manus tradito, ut adversus calumnia„torum jacula tutior, quasi sub Aiacis „clypeo securius tectiusque consistat. „Quum vero praeter unum Horatium

„Lyricos ſcriptores latina Muſa nul-
„los hodie reliquos agnoſcat, atque is
„poëta ſententiarum divitiis, rerum at-
„que hiſtoriarum abſtruſa cognitione,
„& inimitabili verborum pondere, cae-
„teros antecellat, praeſertim in Carmi-
„num libris, nec in hunc uſque diem
„commentarii ulli plene (abſit doctis
„invidia) Horatianas opes in lucem
„evocaverint aut explanarint, (quod
„ideo factum arbitror, quod à graecis
„fontibus, Lyricos dico, unde plae-
„raque derivavit hic autor, arceſſere
„ea non laborarint) aggredi mihi pla-
„cuit difficilem provinciam & duram,
„lucemque eleganti ſed paulo obſcu-
„riori poëtae addere, aperta ad reli-
„qua ejus generis intelligenda magna
„feneſtra: ſiquidem Acron ferme Por-
„phyrionis plumis veſtitus, ſaepiſſime
„impingit, foedis erroribus & mendis
„maculoſus: hallucinatur nonnunquam
„in clara luce & Porphyrion: Manci-
„nellus quoque errorum vacuus non
„eſt: Bonfinio nullus ineptit magis,
„qui dum ab aliis diſſentire ſtudioſe af-
„fectat, Siculis gerris vaniora commi-
„niſcitur:

„nifcitur: Badius fuo more ἐπιπολαίως
„βαδίζει, corticem verborum folum de-
„libans, ad ipfam rerum medullam
„nunquam penetrat. Plus caeteris vi-
„dit Glareanus & praeftitit. Ego vero
„in diffolvendis lucique reddendis no-
„dis locisque adjunctis, quae ferme
„haud temere veterum poëtarum quos
„interpretes conniventer praetereunt,
„deinde in obfervandis excutiendisque
„adjunctis, quae ferme haud temere
„veterum poëtarum quisquam appo-
„nit, quod iis non foleant uti (quem-
„admodum recentiorum plerique) fta-
„tuminum loco aut Caryatidum, quo
„verfuum molem fulciant: praeterea
„in hercifcundis dictis aliunde ex Grae-
„corum Lyricorum familia petitis, &
„genuino patrisque fenfu donandis;
„deinde in fabularum hiftoriarumque
„remotioribus, & ex altiffimo anti-
„quitatis veluti antro depromptis fe-
„cretis: in his inquam omnibus quid
„praeftiterim, ecquid commentariis
„meis aliorum cognitione contulerim,
„me tacente alios tecum dicere malim,
„quam ipfe ftulta quaedam jactantia in-
„vidiam

"vidiam commovere. Quem laborem "quo foret operosior, hoc tuo nomine "digniorem existimavi. Fiduciam au- "tem summam mihi & ad editionem "procurandam & ad consecrandos tuo "nomine hosce variarum & vetustatis "omnis cognitione instructissimus, quo "tu familiarissime ac domestice uteris, "cui quum eos superiore anno legen- "dos & Aristarchea cura examinandos "tradidissem, honesto ille inprimis te- "stimonio tuis eos non indignos oculis "& liberali patrocinio indicavit. Ita- "que chartaceo isto munere & labore "literario, tuam demereri benevolen- "tiam, illo autore, constitui, secutus "amantium exemplum, qui rosario pa- "stillo aut pomo, amasiae gratiam cap- "tant, vel ut ad rem propius fortasse "dicam, Polyphemo juveni non dissi- "milis, ut ille Galatheam incondita "musica, ita & ego eruditus tuas au- "res naeniis nostris pulsare praesumo, "futuris tamen per te non ingratis (uti "spero) studiorum amatoribus, quas "propter tuum patrocinium libentius "lecturos confido, quotquot ingenua "studia

"ſtudia & litteras colunt impenſius.
"Vale ſingulare litterarum decus, &
"Junium quo coeperas ſtudio comple-
"ctere.

Harlemi Calend. Auguſti a°. 1555.

Praefatio in VIRGILII *tertium Aeneidos.*

Ornatiſſimo eruditiſſimoque Joanni Berſozae ſuo Hadrianus Junius Medicus S.

"Vides magnos viros omnisque eruditionis antiſtites inter ſeria aliquam temporis portiunculam levioribus amoenioribusque ſtudiis ἀμωμήτως decidiſſe, & è philoſophia velut ex diverticulo in poëtices τῆς τῇ φιλοσοφίᾳ συννάου lucos atque viridaria ſecedere ſolere: illos ego ſecutus ſucciſionis horis in tertium Aeneidos Virgilianae, annotationes aut ſi mavis Commentarium Harlemianae pubi dictaveram, qui labor cum aliquanto plus appendicum, ut ſolet, attraxiſſet, quam ſperaram, & ad editionem a multis efflagitaretur, victus illorum precibus "ceſſi,

"cessi, atque eo quidem pronius, quo
"viderem non infeliciter in eundem
"poëtam idem tentatum a doctissimo
"Nannio in quartum, a Robortellio in
"primum, a Barlando in alios aliquot
"libros: tametsi vulgi judicium obsta-
"re videretur, curam hanc nostris stu-
"diis indignam insimulaturi: sed ego
"hoc hominum genus facile contem-
"nere possum modo emolumenti ali-
"quid litterarum amatoribus accedere
"possit. Laudavi enim semper illud
"Cleanthis Stoici philosophi, μηδὲ φο-
"βȣ̃ πολλῶν ἄκριτον καὶ δικαίαν δόξαν.
"Οὐ γὰρ πλῆθος ἔχει συνετὴν κρίσιν ȣ̓δὲ δι-
"καίαν, ȣ̓τε καλήν. Et Aeschilus nobi-
"lissimus Tragoediarum scriptor merita
"palma aliquando apud populum frau-
"datus, Tragoediam suam tempori se
"consecrare dixit, conscius apud do-
"ctiores & item posteros rectius de scri-
"ptis judicaturos honore se suo non
"fraudandum. Prudentius quidem ille
"faciens quam Anaxandrides Comicus
"qui morosior difficiliorisque ingenii
"homo, comoedias suas saepe mali mul-
"ctabat, ut quaecunque non vinceret,

"ea daretur conſcindenda in thuris &
"ſcombrorum involucra. Cujus qui-
"dem ambitioſam ſtultitiam ut non poſ-
"ſum non ridere, ita illius judicium
"exoſculor, vulgi malevolentiam, ſi
"qua ſit, libenter nullius penſi habitu-
"rus. Caeterum ne genio careret li-
"ber, te eruditiſſime Berſoza, qui ſo-
"lus pro mille eſſe potes, defenſorem
"laborum meorum deligere placuit,
"in cujus pectore ſi unquam alibi, or-
"bis ille diſciplinarum, ſedes poſuit:
"quem cum eruditione omnifaria, hu-
"manitas & modeſtia ſingularis, totum
"te ſibi vendicant, nunquam minus
"otioſum, quam cum fidelem operam
"& diligentem aliis navare datur, aut
"de rebus graviſſimis cum Ampliſſimo
"viro D. Perezio curas dividere, qui
"ſtudiorum tuorum ſeceſſus quidam
"eſt: nimirum, quod auguror, μόροι
"μέζονες, μέζονας μοίρας λήψονται, ali-
"quando, ut Heracliti verbis utar, hîc
"finem facturus, ne Achillis inſtar, dum
"Antenoris ſimulacrum ſequitur, lon-
"gius abeam. Ter itaque adverſum
"Vitilitigatores libro patrocinaberis
"pro

"pro tua humanitate & Junium quo
"coepisti affectu prosequaris. Harlemi
"Calendis Augusti an. 1555.

Excerpta ex Hadriani Junii Commentario in duos priores Odarum Horatii libros.

In Oden Libri 1. undecimam, ad Leuconoam.

"Haec oda est νουθετική; quae admo-
"nendo docet non adhibendam gene-
"thliacorum vanitati fidem; neque sol-
"licitandum eorum de futuris vitae ca-
"sibus judicium, quod ἀποτελέσματα vo-
"cant; sed in diem vivendum, gemum-
"que curandum permissa futurorum
"cura diis ipsis. Genethliacos, quos
"& γενεθλιαλόγους Artemidorus ab inda-
"ganda hora natali nominat, alii etiam
"mathematicos a scientiarum professio-
"ne, & a planetarum observatione vo-
"cant, olim Chaldaeos dictos quod
"apud eos Hygino teste Evadnes pri-
"mus Astrologiam fuerit interpretatus:
"nunc astrologos, & apotelesmaticos,
"qui cuncta e coelo petunt, & diebus

 horisque

"horisque attribuant, hos, inquam,
"non esse audiendos sacrae litterae cla-
"re loquuntur. Israëlitas carpit Esaias
"quod rebus magicis vacarent plus-
"quam Aramaei (sic enim Chaldaeos
"nominat) & Mathematicis judiciariae-
"que Astrologiae auscultarent veluti
"Palaestini & D. Basilius ejusmodi ob-
"servationem appellat curiosissimae va-
"nitatis nomine. Ridet M. CICERO
"*lib. de natura deorum.* 2. eos qui
"Chaldaeorum natalitia praedicta de-
"fendunt: & TACITUS Chaldaeorum
"promissa ridicule nominat quos cum
"Magis Italia pulsos Senatusconsulto
"non semel scribit, de Chaldaeis vi-
"de DIODORUM SICULUM *lib.* 3. LU-
"CRETIUM quoque *lib.* 5. Chaldaeam
"astrologorum artem a Babylonica do-
"ctrina oppugnari ostendit, VITRU-
"VIUM *l.* 9. *cap.* 7.
"*Nefas*]. hanc enim cognitionem soli
"sibi reservavit Deus, sortem futuri
"mortalibus ignotam volens.
"Finem] vitae exitum.
"Leuconoë] Non dubium est quin fic-
"titium sit, ut plaeraque alia, nomen,
"invidiae

„invidiae causâ vitandae, vero suppres-
„so nomine: putoque non sine morsu
„stoliditatis illi esse additam (nec enim
„postremae stultitiae argumentum erat,
„vanae opinioni aurem praebere) nam
„λευκάς φρένας stolidi ingenii & insul-
„sum hominem habere loquuntur
„Graeci, quasi si dicas, albam men-
„tem: metaphora à coloris vitio tra-
„cta, quandoquidem Aristoteli albus
„color maxime emoveat oculorum sen-
„sum, διακριτικὸν ὂν τῆς ὄψεως ita ut
„emotae mentis homines & bliteum
„λευκονόον & λευκάς habere φρένας dice-
„re possimus. Sic enim in Pythiis usus
„est Pindarus contrario sensu quam
„Homerus prudenti μελαίνας φρένας
„atram mentem tribuit. Quid vero
„Ant. Mancinello in mentem venerit,
„ut repudiata veteri lectione Leuco-
„thoën substituere maluerit; nullus
„scio.

„Babylonios] Babylon Chaldaeorum
„caput Magos prima extulit, qui ve-
„ridicam vaticinandi fidem (ut verbis
„Ammiani dicam, professi fuere primi
„ex astrorum observatione affirmantes

 „certo

„certo sciri posse, quid cuique sit „eventurum. STRABO *L.* 16. In Ba„bylonia sedes est Indigenis Philoso„phis, quos Chaldaeos nuncupant, ii „ut plurimum Astronomiae vacant: „quin & γενεθλιαλογίαν & de Natali„bus pronunciare posse se gloriantur, „quod & Julianus *in Antiochico suo* „testatur. Contra hos pugnat GEL„LIUS *lib.* 14. & EUSEBIUS *lib.* 6. *de* „*praeparat. Evangel.*, CICERO *lib. de* „*divinatione*: Primo contemnamus, „inquit, etiam Babylonios, & eos qui „è Caucaso coeli signa servantes, nu„meris & motibus stellarum cursus per„sequuntur. Nazianzenus Babyloni„cus dicit esse τὸ ἀστρονομεῖν, ut Chal„daeorum θύειν.

„*Numeros* intelligitur ex CICER. loco „praecedente: nam ad calculos horas „omnes & temporum momenta revo„cant. Attigit istud STATIUS *Theb.* 4. „Numerisq; inquit, sequentibus astra. *Ut melius pati.* HORATIUS, ut est mi„rifice φιλέλλην, impense gaudet Phra„sibus graecis, ceu flosculis exornare „suam Poësin, sic accipiendum est istud

„graeco

„graeco more prolatum, ut melius
„pati, ὡς εὐθυμότερον ὑπομένειν pro, ut
„aequiore animo feras & patiaris, quic-
„quid fors obtulerit.

Seu plures hyemes. annos, pars pro to-
„to συνεκδοχικῶς, sic aetatem posuit
„alibi, nam te jam septima portat
„aestas.

„*Juppiter.* Hic pro fatali constitutio-
„ne ponitur Juppiter, quem Προνοίας
„εἱρμὸν, & αἰτιῶν εἱρμὸν vocant Stoici,
„Plutarcho teste, ceu providentiae
„causarumque latentium tractum quen-
„dam: iidem etiam διὸς νοῦν, quasi
„mentem aut sententiam, ut PROCLUS
„scribit in Hesiodi illud:

Οὔ τι που ἐςὶ διὸς νόον ἐξαλέασθαι

Haud vitare potes mentem Jovis altam.

„*Debilitat.* vim maris restringit & re-
spuit.

„*Pumicibus (montium molibus)*: nam
„aggeris moles aut saxorum, oppositu
„suo frangunt & eludunt vim fluc-
„tuum, viresque suas amittere eos fa-
„ciunt: est autem pumex tophus seu
„saxum rimosum, crebrisque veluti
„fistulis spongiosum, κισσηροειδῆ illi no-

„minuant, qui erosus quodammodo ὑπὸ „τῶν κίων, à vermiculis videatur, hu„jus in poliendis libris olim erat usus, „unde Martialis, asperoque morsu pu„micis aridi politus: atque & laevi„gandis corporibus olim expetebatur, „Plinio teste: nunc defricando pe„dum callo.

„*Sapius*, jubentis est; aut si sapis, vetustum.

„*Liques*, promas, profundas.

„*Spatio brevi* propter breve tempus.

„*Invida aetas*, temporis longioris usuram invidens.

„*Spem lon. res*: ne diu rem cupitam „procrastines, ne spem diu inanem „foveas. Huc spectat Hesiodi illud, „μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον ἐς τ' ἔν„νηφι.

„*Carpe diem*, fruere praesenti die „eumque lucro appone. Metaph. à „pomis quae primo quoque tempore „carpimus, anteaque vel cadant, vel „computrescant, ad usum nostrum.

„*Quam minimum credula postero*, nihil „propemodum confidens aut spem re-

„ponens

„ponens in die sequenti, cujus sumus
„incerti. Rectissime dictum est ab
„Epigrammatario *lib.* 1.

„Non est, crede mihi, sapientis dicere, vivam,
„Sera omnis vita est crastina, vive hodie. Et *l.* 5.
„Cras vives, hodie jam vivere posthume serum est.

In BRUTUM *Ode* 14.

„Porphyrio hanc Oden in M. Brutum
„scriptam putat, reparantem bellum
„post acceptam cladem apud Philip-
„pos Macedoniae oppidum, Dathon
„olim dictum: cujus sententiam mor-
„dicus tuetur Mancinellus: sed ab
„utriusque opinione longe discedo,
„atque inscriptionem Odes, ut rejicu-
„lam censeo inducendam: quin potius
„assevero in Sex. Pompejum Magni
„filium editam: quod ut credam, fa-
„cit, quod sub navis allegoria Ponti-
„cam pinum nominat, quodque jacta-
„re genus & nomen inutile illum di-
„ctitet: Constat enim ex APPIANI hi-

„*storia bellor. civil.* quinto, Sex. Pom-
„pejum elatum ob victoriam geminam,
„de Caesaris Augusti Classe, bis nau-
„fragium passa aestivo tempore, pas-
„sum se vocitari Neptuni filium, eam-
„que ob caussam purpureum paluda-
„mentum, Imperatorum gestamen, in
„coeruleum commutasse, quia is ma-
„ris sit colos, quod & Porphyrion
„non subticuit, lib. *Epodon ode nona*,
„ubi ille ab Horatio Neptunius dux
„propter causam modo dictam nomi-
„natur. Attestatur & PLINIUS *nono*
„*lib. cap.* 16. his verbis: Siculo bello
„ambulante in littore Augusto, piscis
„è mari ad pedes ejus exiliit, quo ar-
„gumento Vates respondere, sub pe-
„dibus Caesaris futuros, qui maria
„tempore illo tenerent (Neptunum
„patrem adoptante tum sibi Pompejo,
„tanta erat navalis belli gloria): qui-
„bus ex verbis Neptuni nomen Pom-
„pejum sibi arrogasse, & navali bello
„plurimum potuisse, obscurius licet,
„fit tamen manifestum. Quid, quod
„ipsa navis Allegoria, quam alloqui-
„tur, rectius in Pompejum mari poten-
„tissimum

„tissimum quadret, quique medium „mare classe insederat, ut inquit L. „Florus, quam in Brutum, qui ter„restri bello apud Philippos in Mace„donia contra Augustum militabat. „Atque ista quidem mea est assertio, „cuique ad amussim serviant omnia, „more nostro sententias & dicta ob„scuriora enucleabimus: adjecturi po„stea & alteram, ab hac diversam ex„positionem, non omnino, nisi fallor, „absurdam. Hanc vero Oden ἀλλη„γορικὴν esse indubitatius est, quam ut „admoneri debeat:

„*Novi*, iterati bellorum motus. Sex„tus namque Pompejus pepigerat cum „Antonio & Augusto, initis pacis foe„deribus, quae *lib.* 5. Appianus di„serte enumerat: sed non steterant diu „quieta omnia: nam praeter pacta pi„raticam fovens, eaque ratione Ita„liam commeatuum importatione de„fraudans, occasionem novi belli dedit.

„*O quid agis.* Aversio; cum ἐπιπλήξει, „criminans temerarium ejus institutum „& factum.

„*Portum*,

„*Portum.* metaphorixῶς quietem, pa-
„cem, veluti perfugium quoddam an-
„te ingruentem belli necessitatem.

„*Nudum remigio.* referenda haec vi-
„dentur ad tempus, quo triginta na-
„vibus amissis, quibus Papiam profe-
„cerat, ad Mylas pugnatum est: nisi
„mavis ad illud referre, quo maximae
„instructissimaeque classis modo Domi-
„nus cum paucis ad M. Antonium ena-
„vigavit, auxilia sollicitaturus. Porro
„simili ecphrasi usus est L. Florus
„*lib.* 3. nudumque imperii latus osten-
„debant procul.

Africo. vento procelloso.

„*Antenae.* Antenna transversarium ma-
li lignum.

„*Gemant.* fragorem edant.

„*Durare.* nove dixit durare, pro su-
stinere, addito accusandi casu.

„*Imperiosius aequor.* vim maris sae-
vientis.

„*Lintea* vela, ὀθόναι. Integra lintea.
allegoria, hoc est, auxiliares copiae
non suppetunt.

„*Non Dii* sunt integri, aut favore te
prosequuntur.

„*Voces*. implores calamitatibus afflicta.
„*Pontica pinus*. Pinus quidem propter „fastigii & dignitatis sublimitatem: est „enim haec arbor procera καὶ βλωθρή, „ut inquit Homerus, quasi in aetheris „auras emicans. Pontica verò vel quià „maris Deo τῷ ποντίῳ Neptuno genus „arrogaret: vel quoniam patet Pomp. „Magnus Mithridatem Ponti Regem „debellasset; quod bellum describit „Appianus Mithrid. L. Florus *Lib.* 3. „*cap.* 5. & satis etiam Cicero *in Pompejana*. Hic est quod Pompejus tre„mor Ponti à Petronio vocatur.

„*Sylvae filia nobilis*. Per sylvam nobi„lem intelligo Pompejum Magnum „multitudine pariter atque magnitudi„ne rerum gestarum clarissimum. Quin „& Lucanus in primo Pharsalidos, „Pompejum quercui obreptae sylva ar„borum comparat.

„*Nomen*. videlicet Neptuni filii, ut ex „Appiano docuimus.

„*Nil pictis*. sensus est, decora atque „ornamenta magnae fortunae & nobi„litatis, in bellicis necessitatibus nil

„prosunt

„profunt, quo fpectat JUVENALIS il-
„lud Sat. octava:

„Stemmata quid faciunt, quid prodeft
Pontice longo
„fanguine cenferi, pictosque oftendere
vultus
„Majorum.

„*Pictis.* minio illitis: Naves (partim,
„quo effent durabiliores adverfum af-
„pergines maris & imbrium injurias
„(ut puto) partim ad ornamentum,
„pingi folere antiquitus certum eft;
„cujus fidem facit & PLINIUS lib. 33.
„ubi ait: Jam enim Trojanis tempori-
„bus rubrica in honore erat, Homero
„tefte, qui naves *ea* commendat. Pi-
„ctas ergo vocare Autorem putandum
„eft, quas μιλτοπαρῄυς Homerus inge-
„niorum fons: Lycophron πελαργο-
„χρῶτας à diftinctis coloribus: Euri-
„pides à picturato prorae frontifpicio
„καλλιπρώρους dixit.

„*Timidus* pavori affuetus ob crebra
„maris pericula.

„*Tu nifi Ventis.* nifi ita à fatis compa-
„ratum eft, ut ventis furfum atque
„deorfum

„deorsum jacteris. Ludibrium autem
„est res contempta & derisui habenda:
„Vellejus Paterculus, Varro ad ludi-
„brium moriturus Antonii. Admoni-
„tio est non contemnenda, ut à peri-
„culoso & temerario incepto absistat
„prius, quam in praeceps cadat. Non
„absimilem sententiam extulit, huicq;
„loco valde appositam, Gregorius Na-
„zianzenus *in Oratione de sacro Baptis-*
„*mate:* ἕως ἐξ οὐρίας πλεῖς, φοβήθητι τὸ
„ναυάγιον. Dum secundo vento vela
„facis, naufragium caveto.

„*Desiderium:* expectatio, de quo bona
„omnia spero.

„*non levis.* Figura est λιτότης à Gram-
„maticis ab humiliatione dicta, quod
„minus dicat, plus tamen significet,
„cujus exemplum est Virgilii illud.
„Nec tibi cura canum fuerit postrema,
„pro maxima & praecipua. Et illud,
„haud (credo) invisus coelestibus, pro
„eo qui sit Superis gratissimus. Hanc
„figuram Liptoten, à relinquendi, nisi
„fallor, argumento, scribi etiam inve-
„nio non uno in loco apud Servium
„Honoratum.

„*Inter-*

"*Interfusa.* intercurrentia, sparsa inter "Cycladas.

"*Nitentes.* procul apparentes.

"*Cycladas.* hae sunt maris Aegei insu-"lae, inde dictae, ut autumant, quia "licet spatiis longioribus à Delo pro-"jectae, in orbem tamen circa Delum "sitae sunt, ut Solinus ait. Est & haec "allegoriae in volucro obscura senten-"tia, admonens fugienda esse bellica "negotia, periculosae aleae plena, non "secus atque angusta hinc inde concur-"santibus scopulis freta, ubi plus est "periculi. Promisimus antea & alte-"ram hujus Odes explicationem, nec "satis scio, an etiam priore veriorem, "quam sedula quaedam, nec unquam "sibi satisfaciens, indagatio extudit, "dum se versat torquetque industria in "inventione rari cujuspiam & minime "trivialis : hujusque rei occasionem "praebuit mihi Glareanus, ut ingenue "dicam, qui putat scriptam hanc Oden, "& in Brutum & in alios omnes, qui "res adversus Augustum novabant: cu-"jus equidem opinioni non invitus ac-"cesserim, si Bruti nomen deducatur,

"ejus

"ejus namque mentionem nullam hic
"fieri autumo. Sed tempus eſt, ut
"promiſſum exolvam: itaque & alte-
"ram ut dixi, expoſitionem bonis avi-
"bus ſubjiciam. Eſt igitur ſimile veri
"& habetur mihi quod ſub navis alle-
"goria Rempubl. alloquatur novis bel-
"lorum motibus diſtrahendam; quum
"jam Sex. Pompejus, Lepidus, Augu-
"ſtus, & Antonius abruptis foederibus
"denuo concurrerent, ut non unius
"alicujus, ſed omnium Ducum fortu-
"nam perſtrinxiſſe Rempub. labefactan-
"tium voluerit, atque eſt navis ſimili-
"tudo tali allegoriae convenientiſſima,
"qua Cicero quoque utitur pro Pub.
"Seſtio, quum inquit, cum vero in
"hanc Reipubl. navem, ereptis Senatui
"gubernaculis, fluitantem in alto tem-
"peſtatibus ſeditionum ac diſcordiarum,
"armatae tot claſſes incurſurae videren-
"tur: & in orat. pro domo ſua ad Pon-
"tifices. Quid tandem ſi quae tum in
"illis Reipub. tenebris, caeciſque nu-
"bibus & procellis, cum Senatum à gu-
"bernaculis dejeciſſes, populum è navi
"exturbaſſes, ipſe Archipirata cum gre-

"ge praedonum impurissimo plenissi-
"mis velis navigares; & pro Cn. Plan-
"cio, tanquam aliquod navigium atque
"cursum ex Reip. tempestate moderari.
"Quin & Alcaeus Poëta tantopere huic
"Autori, ut ostensum est familiaris,
"conditionem temporum Reipub. à
"Tyrannis oppressae, tempestati mari-
"nae navim jactanti comparat, veluti
"ubi ait τοδὶ ἔυγε κῦμα τῷ προτέρῳ νο-
"μωςίχει, παρέξει δ᾽ ἄμμι πόνον πολλῷ
"ἄντλην, ἐπὼ καὶ ναὸς ἐμβαίνει; id est,
"unda cursum priorem prosequitur,
"multamque nobis laborum sentinam
"praebebit, quando navim jam obruit,
"eadem allegoria pleni sunt autorum li-
"bri omnes, ut ne nunc paginas one-
"remus citandis testimoniis. Pergo ad
"interpretationem, in qua per *Nudum*
"*remigio latus* fortasse Lepidum notat,
"exutum Imperatoria dignitate, & Le-
"gionibus omnibus, uti testantur Ap-
"pianus & Paterculus: & per *Malum*
"*saucium africo*, ipsum Augustum, clas-
"sisque ejus Naufragium, cujus majo-
"rem partem circa Veliam Palinurique
"promontorium adorta vis Africi lace-
"ravit,

"ravit ac diſtulit, quod his ipſis verbis
"deſcribit Vellejus Paterc. modo cita-
"tus. Deinde in illo, *ſine funibus vix*
"*durare car. poſſ.* forte Sex. Pompejus
"deſignatur, qui Caeſarem & Antonium
"coena exceperat in navi ſua, dictitans,
"ſe in Carinis ſuis coenam dare (quod
"idem Vellejus & Dion. *lib.* 48. ſcri-
"bunt) referebat enim hoc dictum ille
"ad Carinas loci nomen in urbe, ubi
"paterna ſive Pompejana domus ab An-
"tonio poſſidebatur. Exinde conver-
"tit ſe ad Sex. Pomp. ſtulte gloriabun-
"dum Neptuno patre. Poſtremo ibi,
"*Nuper ſollicitum quae*, & crediderim
"hanc Apoſtrophen redire ad Rempubl.
"navi aſſimilatam, cujus oppreſſae non
"ita pridem taedio gravi affectum ſe
"fuiſſe & moleſtatum oſtendit, ſed ta-
"men eo tempore expectare ſollicite-
"que optare ut defungi periculis omni-
"bus liceat, & evitatis incommodis
"imminentibus proſpere adminiſtretur,
"quod ſub Cycladum nomine intellige-
"re videtur: niſi vero ita vocet duces
"undique in orbem inhiantes tyrannidi
"patriae, & Rempubl. armis colliden-

Codex chartac. interjectis foliis membr.

Davidis Kimchi Dictionarium hebraicum.

M.

434. 4to. Codex chartac. XV.

Maphei Vegii Philalehthes, f. *Veritas exulans. Dialogus.* De hoc vide Fabritii Bibl. medii aevi.
Saepius editus est.

Sequitur

Liber Faceti de moribus, *Carmen elegiacum*, *anonymi*, fic incipit:

„Moribus & vita quisquis vult esse facetus
„Me legat & discat quae mea Musa docet,
„Clericus & Laicus, Senior, puer, atque Juventus.
„Istic instruitur, miles, & ipse pedes.

Sequitur

Libellus de contemptu humanae vitae, Carmen hexametrum Anonymi, fic incipit:

„In re terrena nihil aliud est nisi poena,
„in re terrena labor eminet atque catena,

„in

„in re terrena nec lex nec juris habena,
„à re terrena Sanctorum mens aliena.

Haec sat erunt lectori.

Subjuncta sunt huic Codici varia opuscula theologici argumenti, quae singula recensere longum foret, titulos referre sat erit.

Directorium Confessionis in quadam Generalitate Fratris Bernardi de Urbe veteri, Fratrum Heremitarum ordinis S. Augustini.

Festa Palacii Sacri Apostolici.

Epistola B. Bernardi Abb. Clarevallensis ad Raymundum Dominum Castri Ambrosii de vita christiana.

Epistola reperta in annalibus Romae missa Senatui per quendam Ventalum qui tunc temporis Officialis populi Romani in Judaeae partibus morabatur, super conditionibus Christi. Mos quidem erat quod ex universis partibus mundi qui praeerant provinciis Senatui Romano scriberent novitates singulas quae oriebantur.

NB. Titulus Epistolae apocryphae, quae non diversa est ab illa, (sub nomine *Lentuli*,) quae extat in Codice Apocrypho N. T. eden-

te Alb. Fabritio pag. 302. paullum diversas lectiones noster Codex exhibet.

Epistola Pontii Pilati de his quae Hierosolymis sub eo gesta sunt ad Tiberium Claudium Imperatorem.

NB. Est prima ex Epistolis Pilati apocryphis. Vide eundem Cod. Apocryph. N. T.

Vita, origo, & obitus Apostolorum & Prophetarum quorundam in sexta aetate mundi.

Epistolae Pauli ad Senecam, & Senecae ad Paulum. NB. Vide eundem Codicem apocryphum.

Epistola scripta per Hussitas, ut creditur, tanquam à Principe tenebrarum & missa sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus.

527. 4to. Codex chartae. XV.

Continet varia, prosa & carmine exarata.

Marasii Angelinetum, s. Carmen elegiacum, de laudibus Angelinae, inscriptum Leonardo Aretino.

Poggii Invectiva in Laur. Vallam.

Angelinae ad Marasium Epistola. Carmen elegiacum.

Maphei

Maphei Vagii ad Marasium Siciliensem Epigramma.

Antonii Panormitae ad eundem Epigramma.

Leonardi Dati Florentini Carmen hexametrum de devotione Boni Genii, ad Nicolaum V. Pontificem, praemisso Epigrammate ad Joannem Tortellam, Apostolicae Sedis Subdiaconum.

Poëta hoc carmine narrat laudes Nicolai Pontificis & aedificia Romae urbis ab eo ornata.

R. Menahem Lexicon hebraicum, vide *Rabbinica*.

Miscellanea.

451. 4to. Codex chartac. XVI.

Praemissus hic titulus:

Liber Epigrammatum undecunque collectorum M. G. Aurelii 1560.

Omnia sunt recentioris aevi, plurima pertinent ad res publicas, & bella intestina Gallorum circa annum 1560. & 1561. Pleraque latino sermone, paucis tamen exceptis, quae gallico idiomate exarata sunt. Multa sunt puerilia, & inepta, quaedam mediocria,

quaedam bona. Duo speciminis gratiâ hic subjungimus, quae an edita sint, nescimus.

„Ad Monarchas hujus temporis Car-
„men προτρεπτικον T. Bezae Vezelii.

„Consiliis Christum impugnans, & fraudibus ingens.
"Regum ille *terror* Carolus
"Ipsis ridiculus pueris furiosus & excors,
„Totus repente concidit.
„Tuque Henrice malis dum Consultoribus utens
„Sitis piorum sanguinem
„Ipse tuo vecors inopina caede peremptus
„Terram imbuisti sanguine
„Henrici deinceps sectans vestigia patris
„Franciscus infelix puer
„Clementem Christum surda dum negligit aure
„Aut putrefacta corruit.
„Versuti, fatui, surdi, haec spectacula Reges,
„Vos sapere aut mori jubent.

1561.

Sequens gallice exaratum in Regem Carolum IX.

„Je ne ſaurois penſer bien ou tu pourrois eſtre.
„Charles, en ſeureté avecques quelque honneur
„Le peuple françois t'a ſi fort à contre cœur
„Quil te veult auſſi peu pour valet que pour maiſtre
„l'Italien ruſé tes ruſes ſcait connaiſtre
„l'Eſpagnol ne pourroit endurer ta fureur,
„Le ſevere Allemand a l'inceſte en horreur
„l'Anglois & l'Ecoſſois te tiennent pour ung traiſtre
„Le Turc & le Sophi ne vouldront point de toy
„Ils ſont Mahometans, & tu n'as point de foy
„Sans foy l'homme eſt banni de la celeſte gloire
„Les Diables en Enfer craindront te recevoir
„Et après le Concil que nous debvons ſavoir
„Les Proteſtants feront raſer le purgatoire.

Num.	M.	Secul.

519. 4to. Codex partim membran. partim chart. olim Petri Danielis. Continet sequentia:

Epistola Papae Pii secundi ad Ludovicum Regem Francorum. Romae, Oct. 1461.

Epistola Pii secundi directa Karolo VII. Regi Francorum pro fide. 1458.

Ad eandem responsio Karoli VII. Regis Francorum.

Epistola Papae Pii secundi directa Ludovico Regi Francorum. x. April. 1464.

Oratio elegantissima Domini Æneae Episcopi Senensis legati Caesariensis habita in conventu Francfordiensi die 14. *Octobris* 1451.

Epistola Joannis Lupi Angli ad pientissimum quendam Doctorem; data ex claris Ædibus B. Mariae prope Aureliam pridie Id. Septemb.

Magistri Joannis de Gallendia versus, quibus difficiles multae dictiones tum graecae tum latinae explicantur. membran.

Expli-

Explicatio difficilium quorundam locorum Ovidii, Oratii & aliorum ejus classis auctorum. Item : *Mag. Jo. de Gallendia &c.* membran. Haec. Seculi XIII.

Sententiae ex Senecae libris quibus ad calcem additae sunt quaestiunculae aliquot de sacra Scriptura.

Compotus, s. Tractatus de Computo Ecclesiastico; anonymi.

663. 8vo. Varia à manu Bongarsii compilata.

1. *In Herodotum Joannis Rosae, in Schola Jenensi* an. 1568.

NB. Sunt excerpta potius ex autoribus, quam Scholia.

2. *de Studiis recte instituendis*; item *de operibus Ciceronis philosophicis, ab eodem Joh. Rosa.* 1568.

3. *In 1um. Silii Italici librum; autore Petro Pagano, Poëseos Professore in Schola Marpurgensi.* 1567.

4. *Speusippi Platonis discipuli, de Platonis definitionibus; latine.* 1568. in fine adscriptum; Argentorati 1569.

Jac.

Jac. Bong. Aur. (nempe Jacobus Bongarsius Aurelius.)

5. *de Rebuspublicis Graecorum & Romanorum Annotata brevia.*

531. 4to. Codex chartac. XV.

Continet varia:

Petrus de Alliaco in VII. Psalmos poenitentiales.

Elegia Ovidii: „Aestus erat, mediamque dies &c.

Eneae Sylvii (Pii II. postea) *Poëtae Imperialisque Secretarii, Narratio de amoribus Lucretiae & Euriali.*

Edita est haec inter Epistolas autoris pag. 623. Editionis Basileensis 1551.

Ejusdem opuscula varia, inter quae:

Eneae Sylvii Epistola ad Philippum Burgundiae Ducem, de bello Turcis inferendo, scripta anno 1464.

Ejusdem Oratio habita in Conventu Mantuano de eodem argumento.

Plutarchus de liberis educandis, latine, à Guarino Veronensi.

Hanc versionem in Bibliotheca If. Vossii exstare testatur Fabritius Bibl. graecae.

Historia

Historia Waltheri Marchionis Salutiarum, & Griselidis.

Autor hujus fabulae Franc. Petrarcha.

Miscellanea Orientalia, praecipue argumenti grammatici, item quaedam ad Religionem Mahumedicam.

382. 4to. Codex chartac.

Opus gramaticum, arabice, de vocum structura &c.

Codex scriptus anno Hegyrae 1067. vel Erae nostrae 1646. Inventus Budae, anno 1686.

Ad calcem exstat Commentarius brevior Ismaëlis fil. Ali.

595. 8vo. Codex chart.

Grammatica arabica Ahmedis filii Ali.

567. 4to. Codex chartac.

Libellus continens narratiunculas ex sacra Muhamedanorum historia, preces, & miscellanea, intermixtis quoque poëticis, arabice.

382. b. 8vo. *Codex arabicus, eleganter scriptus, quaedam Corani continens.*

712. 8vo. *Libellus precum, arabice.*

713. 8vo. *Libellus precum, arabice, cum selectis Corani capitibus.*

714. 8vo. *Enchiridion precum confessionumque, arabice, secundum ritum Schiitarum; cum nonnullis Corani capitibus.*

532. 8vo. *Carmina non unius generis nec argumenti, turcice.*

551. 4to. *Kahermanis herois prolixa & fabulosa historia, turcice.* Vide *Caherman*, HERBELOT Bibl. Orient.

572. 8vo. *Pugillares Turcici & Arabici, poëtica, narratiunculae, preces.*

577. *De requisitis precationis & lustrationis, additis nonnullis ad desponsationis & funeris ritum;* arabice.

600. **Codex chart.**

Calendarium Turcicum, ex praecedenti Seculo.

Anni Romani nomina Syriaca & Romana, mensis primus *Adar* seu *Martius*. Addita quae convenire videbantur, astronomica; arithmetica quoque, & Imperatorum anni: preces contra pestem etiam, & quae alias assolent.

644. b. *Codex arabicus. Preces magicae, amuleta, Schemata litterarum sacra.*

Tum

Tum aliae preces confessionesque, dein de ritibus lustrationum, precum, eleemosynarum, jejuniorum, & Meccanae peregrinationis. Sequuntur Psalmi XIX, sub Davidis nomine &c. Manus Maurorum.

655. *Liber arabicus, ubi leguntur pars Surae Josephi, Sura tonitrui, & Abrahami.* Scriptura elegans.

656. *Liber arabicus, mutilus, partem Surae V. & VI. Corani exhibens;* Scriptura elegans.

Mo. Mu.

816. 4to. Codex chart. Ex dono Joh. Gasp. Myricaei. XV

Manuelis Moschopuli Grammatica graeca.

incipit hoc titulo:

„ἀρχὴ σὺν θεῷ ἁγίῳ των ἐρωτηματων βραχ„χυνθεντων. παρὰ τοῦ σοφωτατυ κυριχ„μανουηλ, τοῦ μοσχοπολοῦ.

Saepius editus fuit hic autor, de quo Fabricii Bibl. graeca. Tomus VII. pag. 38. Vide Catalogi nostri Tomum I. pag. 527.

A. 74. 8vo. *Wolfgangi Musculi diarium itineris ad Conventum Isnacensem* an. 1536, autographum.

Libellus iste maxime memorabilis est tum propter argumenti gravitatem, tum propter Wolfgangi Musculi celebritatem, qui nempe

inter egregios Evangelicae doctrinae assertores clarus exstitit, cujus vitam descripsit filius Abrahamus Musculus Ecclesiae Bernensis Antistes. Bernae etiam Wolfgangum Musculum, post relictam, in qua per aliquot annos munere Praedicatoris Evangelici functus erat, anno 1548. propter religionis dissidium ortum ex illo Caesareo Edicto, quod *Interim* vocatur, Augustam Vindelicorum, Theologiam docuisse notum est. Idem, dum Augustae esset, missus fuit ad Conventum Theologorum Lutheranorum & Reformatorum Isenaci habitum An. 1536.
Prima libelli pagina praefert Concessionem nomine civitatis Augustae Vindelicorum datam Musculo, ad acceptandam nomine suo *Concordiam* Evangelicam.

Hanc concessionem hic descriptam damus:

„Commissio Consulum nomine Sena-
„tus mihi & Bonifacio * data 1536.
„28. April.

„Benevolos esse & propensos omnes
„hujus urbis Senatores ad futuram
„Concordiam; atque ideo mandare
„nobis, ut ita nos eorum nomine apud
„Conventum habeamus, ne quid quod
„non ad desideratam Concordiam atti-
„net agamus, nec per nos stet quo mi-
„nus Concordiae cursus feliciter juxta
„piorum

* *Bonifacius Lycosthenes*, vide fragmentum ex vita W. Musculi.

„piorum vota procedat. Quod ad iti-
„neris ſumptus pertinet, dederunt no-
„bis 100 florenos, 20 in argento, &
„80 in auro. Commendarunt ut om-
„nia diligenter & ſcriptotenus reverſi
„primum Senatui deinde praepoſitis ex
„fratribus narremus.

Iter ex Auguſta aggreſſi ſunt 28. Aprilis. Sumptus in itinere, victui, vehiculariis, & aliis rebus expenſi enarrantur a noſtro Doctore, quibus ordinem ducit, prima ſtatim pagella emptio caligarum, ſic:

„1. Gulden und 15 Kreuzer umb ein paar Stiffle.

29. Aprilis adveniunt Ulmam; expenſis in loco Burtenbach, ubi pernoctaverant, pro duobus ſervis & equis, 12. bazenis.

Ulmae per aliquot dies commorantur. Ibi Muſculus concionatur in locum 2. Corinth. 6. *Ne gratiam Dei in vanum recipiatis.* Bonifacius, eodem die, hora tertia veſpertina ſuggeſtum aſcendit, & concionatur in

illa verba Joh. 3. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum &c.* Simul Ulmae occurrit *Bucerus*, qui ibidem concionatur.

13a. Maji adveniunt Isenacum. Postridie adventus huc narrantur: ipsa Musculi sunt verba: „Hora septima „ingressi sumus Ecclesiam, ubi Of„ficium Missae, ut vocant, ad mo„dum sequentem habebatur. Pri„mum canebatur latinè a pueris „& ludimagistro introitus, nempe „*Cantate Domino*, per omnia more „Papistico, seorsim in Choro. Po„stea adjungebatur Κυριε *eleison*, lu„dente quodam alternis in orga„no. Tertio minister quidam mo„re Papistico indutus, altari scur„riliter adornato positis luminibus, „& aliis adstans, canebat latinè, „*Gloria in Excelsis Deo*, quem Cano„nem explebant vicissim Chorus „& qui ludebat organis &c.

„17. Maji adveniunt Litterae Lutheri, „quibus causabatur tum temporis an„gustiam tum valetudinem suam, pe„tebat,

„tebat, ut propius accederent ad eum.
„Ideo eadem die Isenaco profecti.

„21. Maji adveniunt Wittebergam, „ibi conventuri Mart. Lutherum, & „Philippum Melanchtonem. Die ipsa „adventus in Diversorio salutantur à „Melanchtone & Gasp. Creuzingero. „Qui cum essent salutati duxerunt „nos ad D. Lutherum, qui nos sa„tis humaniter excepit.

Narrantur deinde varia cum M. Luthero, praesentibus Bucero & aliis, colloquia. Quae de hoc Conventu & Wolfgangi patris itinere scripsit Abr. Musculus in Vita hic subjungimus; quae autor ex ipso Diario, quod modò recensuimus, desumpsisse videtur.

Excerpta quaedam ex *Vita* Wolfgangi Musculi, *autore* Abrahamo Musculo.

„Inter publica negotia recensendae „etiam legationes sunt, quas Ecclesiae „& Reipublicae nomine, & jussu Magi„stratus suscepit. Quarum prima fuit „Isenacum oppidum Turingiae, anno „1536. mense Majo, quo indicta erat „Synodus, ad quam Lutherus & alii

„Doctores Ecclesiarum inferioris & su-
„perioris Germaniae venirent, ut de
„concordia in negotio Coenae ineun-
„da inter se tractarent. Ad hunc con-
„ventum, cum Senatus Augustanus ad
„concordiam omnino propenderet,
„missus est ipse & M. Bonifacius Ly-
„costhenes. Qui profecti Isenacum
„venerunt 13 Maji cum plerisque su-
„perioris Germaniae primi nominis
„Doctoribus. Cum vero nec Luthe-
„rum nec alium quenquam ex Docto-
„ribus ibi invenirent, & 17 Maji à
„Luthero per Litteras rogarentur, ut
„propius accederent, quod sibi ob re-
„centem aegritudinem longius iter ten-
„tandum non esset, solventes Isenaco
„Vuitenbergam usque perrexerunt.
„Porro acta illius Synodi & capita con-
„cordiae inita, cum publice exstent,
„nihil attinet referre. Quibus autem
„rationibus tum ipse tum alii multi
„boni Viri impulsi sint, ut, cum in
„hac causa, crassam quorundam sen-
„tentiam minime amplecterentur, in
„hanc tamen concordiam cum Luthe-
„ro ineundam consentirent, deque sua

„qua

"qua hactenus docuerant perspicuitate "nonnihil decederent, prudentes viri "facile intelligunt. Nimirum quod "persuasum hoc illis esset, facturos se "id summo cum Ecclesiae & Reipubli- "cae bono. Sic non solum gravem & "male consultam illam de hac causa "controversiam tolli, Ecclesiis diu de- "sideratam pacem restitui, & Respu- "blicas etiam firmius conjungi & con- "sociari posse. Postquam vero, rerum "eventum edocti, his quasi fucis ver- "borum pertinacioribus non satisfieri, "simpliciores vero in errorem abduci, "seque apud omnes bonos in suspitio- "nem mutatae sententiae venire cerne- "rent, ad pristinam suam perspicuita- "tem reversi, & palam quid sentirent "professi sunt. Fuit autem illi in hac "legatione profectio valde molesta & "difficilis, propter sinistri cruris dolo- "res, de quibus his versiculis testatus "est:

„Est grave constanti deducere coepta tenore,
„Molestamque adeo continuare viam
„Causam forte rogas, an sit via durior, an sint

 „Molesti

„Molesti comites, an male portet equus?
„Ut verum fatear, nec durior est via, nec sunt
„Molesti comites, nec male portat equus.
„Nil moror istorum, molestia tota sinistrum
„Crus habet, ut nec eques nec pedes ire queam.

689. 8vo. Codex chartac. (à manu Abr. Musculi).

Continet sequentia:

1. *Vocationes aliquot, quae Dno. Wolfgango Musculo contigerunt, ex literis ipsius collectae.*

2. *Historia de vita & obitu clarissimi Theologi D. Wolfgangi Musculi Dusani, Sacrar. Litterarum apud Bernates Professoris, scripta per ejus filium Abrah Musculum.*

3. *Confessio Wolfgangi Musculi Dusani de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini.*

4. *Carmina doctorum aliquot Virorum, in obitum D. Wolfgangi Musculi Dusani conscripta.*

5. *Litterae quaedam Joan. Oporini, Bullin-*

Bullingeri, & Coccii ad Abrah. Musculum, cum ejusdem Responsis de editione commentariorum D. Wolfgangi Musculi in Epistolas Pauli ad Philipp. Coloss.

6. *Carmina quaedam pia & erudita Domini Wolfgangi Musculi Dusani, passim ex ejus Schedis collecta.*

696. 18vo. **Codex chartac.**

Wolfgangi Musculi Grammatica Hebr. germanice scripta.

N.

R. Nathan, vide *Rabbinica*.

B. 45. 4to. **Codex membran. nitide exaratus.** XIII

Alexandri Neckam, Ord. Augustin. Canonici, in Excester, Abbatis, Angli, varia opuscula.

1. *Libellus grammaticus, de artibus & figuris dictionum.*

Nota. De hoc autore hactenus anecdoto, qui obiit anno 1215. vide CAVEI Scriptores Ecclesiasticos, FABRITII Bibl. medii aevi, OUDINUM, BALEUM &c.

Deest primum Codicis folium, cum parte Prologi.

2\. *Elucidarium Bibliothecae* (quo nomine Bibliothecae, sacrum Codicem nominabant), s. *Commentarius grammaticus in V. & N. Foederis libros.*

Truncus est Codex noster & desinit initio Evangelii Joannis. Hactenus, ab initio Geneseos, habet folia 72. vel paginas 144.

Sic vero incipit Commentarius in Genesin:

Post haec de singulis libris Bibliothecae aliquas dictiones proferre libet in medium, ubi quum de accentu dijudicamus, quum de significatione.

Commentatus est vero in Versionem Vulgatam, unde saepius pueriles sunt ejus explicationes, v. g. statim in prima pagina, in vocem *Abyssus*.

Abyssus dicitur profunditas magna, quasi sine *bisso* i. e. sine candore, ubi maris aqua profunda est, nimium candorem praetendit. Dicitur autem *haec bissa*, unde Hildebertus:

Ara crucis tumulique, calix, lapidisque patena
Sindonis officium candida bissus habet.

O.

727\. 4to. *Joh. Henrici Othonis Lexicon Rabbinico-philologicum. Genevae 1675.*

Additae autoris annotationes marginales quamplurimae.

Codex

541. 4to. Codex chartac.

Casparis Peuceri opusculum, titulo, Aulicus.

De Caspare Peucero, Medico illustri, & Academiae Wittenbergensis apud Saxones Rectore, Philippi Melanchtonis genero, qui anno 1574. propter controversias Religiosas, & quia Reformatorum & Soceri dogmatibus favere immo conspirationis in Ecclesiam patriam reus esse dicebatur, carcere inclusus, & per 10 annos detentus fuit, adi Bibliographos. Hoc opusculum, cum aliis multis in vinculis composuisse eum patet; praemissa nota anni 1576. autographum est forsan. Anecdotum saltem existimamus. Vitae suae fata, praecipue vero quae propter illam litem passus est, narrat. Initium libelli sic habet:

„Scholasticum me natura fecerat, au-
„licum fortuna.

Praemittuntur aliquot Epigrammata, quorum primum his constat versibus:

„Qui factum, tantis quod honoribus auctus, ab aulâ
„Peucerus, rogitas, omnibus exciderit?
„Velum, Religio, mediumque *gynaico-cratia*,
„Invidiae rabies causa erat ut rueret.
„Impulsa hostili livore *gynaecocratia*
„Insontem oppressit Religione virum.

Quid sibi velit cum illa *Gynaecocratia*, an odia Uxoris Electoris Saxonici, quam inter causas litis Peucero intentatae commemorant historici, judicent harum rerum gestarum periti.

Poësies Françoises. Vide *Romans.*

562. 4to. Codex chartaceus. XV.

Poggii opuscula varia, nempe, Confabulationes, vel facetae narrationes 144.

Dialogus de Principum infelicitate, Liber de acerbitate fortunae, quem aliàs de varietate fortunae appellant editiones.

Poggium, Florentinum, ineuntis Seculi XV. Scriptorem, qui floruit multifaria Doctrina, çui praecipue debemus *Quinctilianum*, in taberna quadam repertum, durante Concilio Constantiensi, quis non novit?

Confabulationes magnam partem subobscoenae, sed satyrico sale abundantes, cum reliquis ejus Scriptis saepe editae sunt. *Facetiarum* nomine vulgo veniunt in nostro Codice *Confabulationes* dictae.

Habet Bibliotheca nostram Editionem rariorum operum Poggii, anni 1513. quam descripsit Freytag, in *Apparatu literario*, *Tom. I pag.* 682.

Facetiorum libellus, qui in hac Editione ultimus est ordine, manu ignota ex nostro Exemplari direpta, non amplius adest. De Poggio,

Poggio, & hujus operis fcribendi occafione, vide *Journal des Savans*, *année* 1720. *pag.* 454 Inter facetias Poggii hanc animi caufa, haud illepidam defcribere lubet.

„Ad Urbanum quoque Quintum Pon„tificem Avignionem Perufini oratores „numero tres cum acceffiffent, Ponti„fex autem gravi morbo teneretur ta„men ut homines non diutius fufpen„fos teneret ad fe vocari juffit admo„nitos antea ut paucis loquerentur — „Cum tamen — ille (primus ex Le„gatis) diutius peroraffet, quaefivit „pro fua humanitate Pontifex num „quid aliud vellent? Tum alter ex „oratoribus, qui & dicentis ftultitiam „& Pontificis moleftiam percepiffet, „Pater, inquit, Sanctiffime, habemus „hoc in mandatis noftris, ut nifi no„bis è veftigio pro his quae petimus „feceritis fatis, focius hic meus ante„quam recedamus, Vobis iterum re„ferat fermonem fuum. Quo facete „dicto quum arrififfet Pontifex orato„res è veftigio expediri juffit.

Rabbinica.

200. fol. Codex membran.

Lexicon hebraicum, autor Rabbi Menahem, fil. Jaruk, Hispanus; ex antiquioribus Grammaticis, R. Salomoni Jarchio jam citatus.

Descripsit Israel fil. Davidis anno 50. id est, Erae christianae 1290. Nonnihil ab initio deest.

Sequuntur:

Libellus de gemmis, incerti autoris.

Aruch, Lexicon Talmudicum & Chaldaicum, autore Rabbi Nathan, qui vixit Seculo XI.

Codex scriptus anno 1290. Typis jam saepius editus.

419. 4to. *Opus Rabbinicum de accentibus & Masora.*

Nomen praemittitur R. Aharonis fil. Asen, Tiberiensis, sive autoris, sive, ut verosimilius est, unde autor pleraque sua transcripserit. Impressus legitur in Bibliis Rabbinicis Bombergii.

707. 8vo. Codex membran.

Meschareth Mosche, servus Mosis; autor R. Kalonimus; qui illo libro magistri sui R. Mosis Maimonidis tractatum

ctatum More Nevochim contra adversarios tueri instituit. Vide WOLFII Bibl. Hebraeae vol. 3. N°. 1891.

559. 8vo. Codex chartac.

Libellus Rabbinicus, anonymi, tenebricosas de luce Kabbalisticasque nugas continens.

Romans, sive *Poëtae & Fabularum Scriptores Gallici*; item *de moribus varii.*

296. fol. Codex membran. XIII.

Roman de Guillaume d'Orenges, surnommé au Court nes.

Hoc Carmen fuse recensuit, & fragmenta edidit Guil. Du Catel Histoire du Languedoc, Toulouse 1633. fol. pag. 567 -- 73.

Pertinet ad primam Poëseos Gallicae vel *Romanensis*, ut vulgo vocant, aetatem. Haud dubitarunt hoc Carmen Seculo XI. addicere eruditi Ord. Bened. Monachi. Histoire litteraire de la France Tome VII. in Praefatione, ubi multa de Primordiis Poëseos & Linguae Franco-Gallicae disserunt. De hoc tamen magnopere dubitamus, & quae criteria aevi illi afferunt, ex idiomatis & ortographiae ratione, incerta esse admodum, jam diximus in Praefatione nostra. Magnopere hoc Carmen illustrat historiam, & praecipue ea, quae ad ritus militares, & quod nunc *Chevalerie* vocant, pertinent.

De

De Guilelmo illo Araufianenfi nobis quaedam funt monenda. Et primum quidem de cognomine *d'Orenges*. Hoc a capta urbe Orenges accepiffe haud dubium eft. Interim Du-Catel, fecutus apographum aliquod Carmini de quo nobis fermo eft, de hoc cognomine nihil habet, fed ubique eum *Guillaume au Court nes* appellat. De vita ipfius haec tradit: pag. 567.

„A Aymeri premier Vicomte de Nar-„bonne fucceda Guillaume qui a efté „furnommé au Court nés, & a efte „Connestable de France, lequel — „aiant chaffé les Sarrafins, tant des vil-„les d'Orenge, Nismes, que de tout „le Pays de Languedoc, & après plu-„fieurs batailles gagnées, fonda un „Monaftere dans le Diocefe de Lode-„va, qui eftoit nommé anciennement „Monafterium Gellonenfe, dans lequel „il fe rendit Religieux, pour y vivre „& finir fes jours, fuivant la regle de „Saint Benoift. Et d'autant que a cau-„fe de fa fainte vie il a efté mis au „nombre des Saints, ce Monaftere a „efté depuis appellé de Saint Guillau-„me, & lappelle l'on le defert, a cau-„fe que ce Monaftere fe trouve fitué „parmi les montagnes. — Il eftoit *fils*

„de

„de Narbone s'il est vrai ce que nous
„lisons dans ce grand & ancien Roman
„qui a esté composé de lui.

Et infra :

„Ceux qui ont parlé de lui & ont es-
„crit exactement sa vie ne sont point
„d'accord de sa genealogie avec les an-
„ciens Romans ; car son Roman dit
„que son Pere se nommoit Aymeri,
„que sa Mere estoit Ermengard, & ses
„freres Bernard de Breban, Garin d'An-
„seaume, Guibert d'Audernas, & Ay-
„meri, comme il est dit dans ces vers :

„J'ai non Guillaume le marquis a nom
dé
„Fils d'Aymeri le viel chenu barbé
„Et Ermengard & ma mere au vis
clair &c.

„Selon ce même Roman, Ermengarde
„mere de Guillaume estoit sœur de
„Boniface Roy de Pavie c'est pourquoi
„il l'appella Ermengarde de Pavie —
„Dans ce Roman il est dit quune des
„sœurs de Guillaume, nommée Blan-
„chefleur, fut mariée avec le Roy
„Louis le Debonnaire, & quune au-
„tre

„tre quil ne nomme point fut mariée
„a Tolose, de laquelle Gautier estoit
„fils, dont il est fort parlé dans le dit
„Roman.

„Il est dit dans le même Roman, que
„le Comte Guillaume aiant pris la ville
„d'Orenge y trouva une Princesse Sar-
„rasine nommée Orable, laquelle il es-
„pousa, l'aiant fait plutot baptiser, &
„aiant changé son nom d'Orable en
„Guibor, comme l'on voit dans ces
„vers :

„Apres conquit Orenge la cité
„Et fit Guibor baptiser & lever
„Puis l'espousa & moller & a per.

„Quelques-uns ont estimé qu'il a esté
„appellé Guillaume au Court nes, d'au-
„tant quil est peint & representé, mes-
„me sur le grand Autel de labbaye St.
„Guillaume le desert avec un *Cornet*,
„croiant quil faut lire Guillaume *au*
„*Cornet*, non au *Court nés*. Toute-
„fois l'ancien Roman dit, quil se bap-
„tisa lui-même au Court nés, d'autant
„que combatant avec Conolt, il eut
„coupé le bout du nés.

„L'on

„L'on ne peut douter que Guillaume „au Court nés dont a été fait ledit Ro„man ne soit Saint Guillaume, qui de„puis a esté Religieux en l'abbaye par „lui fondée. Car le même Roman „en l'un de ses livres intitulé le Moi„nage Guillaume marque comme il fut „au commencement Comte & Mar„quis & se fit depuis Religieux.

Odericus Vitalis Historiae Ecclesiasticae autor, qui ante annum 1140. scripsisse dicitur, editus a Chesneo, inter Scriptores historiae Normannorum, haec de Guilelmo nostro habet:

„Tempore Pippini Regis Francorum, „Guilelmus ex patre Theodorico Con„sule & matre Aldana natus est. In „infantia literis imbutus est, & sub „Carolo M. militiae mancipatus. No„men Consulis & Consulatûs, & in „rebus bellicis primae cohortis sorti„tur principatum. Deinde a Carolo „Dux Aquitaniae constituitur, eique „legatio contra Theodebaldum Regem „& Hispanos & Agarenos injungitur. „Acriter Septimaniam ingressus, Rho„danum transivit, Arausiacam urbem „obsedit, & fugatis invasoribus eri„puit &c.

Haec ex Actis Sanctorum, sub x. Februar. descripsi. Editio Chesneana deest. Fidem autem Editorum Historiae literariae Francorum secutus, assero, Odericum Vitalem citare Carmen vel Cantilenas de Guilelmo. De antiquitate autem hujus operis certa tradere haud ita facile esse videtur. Antiquissimum fuisse inter Gallos morem, bellica fortiter gesta & laudes militum carminibus celebrare, omnes nôrunt. Hic mos & inter Gallos, & Germanos jam olim viguit, teste vel TACITO, *de moribus Germanorum* Cap. 3.

„Fuisse apud eos & Herculem memo„rant, primumque omnium virorum „fortium ituri in proelia canunt". Habebant Galli Poëtas quos *Bardos* vocabant, „fortia virorum illustrium facta heroi„cis composita versibus, cum dulcibus „lyrae modulis cantitantes" ut verbis Ammiani Marcellini utar. Libr. 4.

Non mirari licet itaque, si jam tempore illius Guilelmi Aquitaniae Ducis extiterint Cantilenae ejusmodi, quibus ejusdem fortia gesta laudabantur. Talia vidisse Odericum Vitalem, non negamus. Sed non id agitur. Carmen, de quo nobis sermo est, lingua quae vulgaris vel Romanae nomine venit, versibus decasyllabis exaratum, cujus initium in nostro Codice desideratur, & magna, ni fallor, operis pars, quum nempe jam a tertio Codicis folio narretur obsidio Arausiaci, vel Orenges, id inquam, Carmen amplissimum, idem certe cum illo quod Du Cantel viderat, cujus sit aevi, dubitamus. Nam, pace

pace virorum sapientissimorum, Ord. S. Benedicti, de quibus supra, dictum sit, quae afferunt argumenta, nihil efficiunt, quod me moveat, ut Seculo XI. opus jam exstitisse credam. Id potius Seculo XII. adscribere ausim, si vel scripturae antiquitatem vel idiomatis & sermonis indolem respiciam.

Nunc de autore Carminis conjecturam faciam, de quo hactenus nemo dixit. Nomen exstat sub finem narrationis, cui altera quasi Carminis pars subjuncta est. Versus Poëtae, ut simul speciminis loco sint, describere lubet, folii Codicis 166.

„Qui *ualistans* ot les viers controves
„Ot tous ces mots perdus & descriez
„Ores les a *Guillaumes* restores
„Cil de *Bapaume* qui tant per est senes
„De cancon faire & de viers acesmes
„Par con les cuellent li jonglior en hé
„Qui les a tous de bien faire passéz
„De Reynouart plus avant n'en orez
„Dex en ait l'ame par la soie bonté
„Or revouromes de Guillaume center
„Si com revint a Orenge sor met
„Morte trova Guibele o le vis cler
„La millor dame que on puet trover
„Suer Raynouart dont vos oi avés
„Moult est dolent Guillaumes au cort nés.

Quos versus vulgari lingua sic reddimus singulos:

„Celui qui a trouvé les vers d'*Aliscans*
„A perdu tous ses mots & s'est égaré
„A present Guillaume les a restaurés
„Celui de Bapaume, qui a tant de sens
& d'intelligence
„A faire des chansons & des vers ornés
„Cest pourquoi les Jongleurs recueillent
„Il les a tous passés en bonne poësie.
„De Raynouart vous n'entendrés plus parler
„Dieu veuille avoir son ame par sa bonté
„A present nous voulons conter de nouveau de Guillaume
„Comme il revint de dela les Mers a Orenge
„Il trouva morte Guibele au visage serein
„La meilleure dame qu'on put trouver
„Sœur de Raynouart dont vous avés oui parler
„Guillaume au court nés est fort dolent.

Fateor, me nón omnia hîc intelligere. Suspicor, Carmen antiquius quoddam, lingua forsitan hispanica, vel Provinciali conditum, quod intellectu difficile erat, illum, qui se *Guilel-*

Guilelmum de Bapaume vocat, in eam formam quâ nunc habemus, retulisse? Sed, ut jam monui, congruit nostri dictio cum fragmentis, quae Du Catel edidit. Si quis nunc malit credere, jam olim, linguâ Romano-rustica, vel Gallica vulgari, tale carmen, nostro antiquius, olim exstitisse, quod nec Du Catel, nec PP. Benedictini, nec ego norunt, nihil moror.

Nunc de ratione Carminis, & Codice nostro, pauca monenda sunt. Jam dixi, magnam partem ab initio operis periisse. Quae restant, continent bellica gesta Guilelmi Nasocurti, & Raynaldi vel Rainerii, cujus soror erat illa Guiberta, qui nupserat Guilelmus. Reges Sarraceni, Mauri, hic frequentes apparent. Fabulosa quamplurima haud dubiè; ita tamen condita, ut, si quis indefesso labore ea perscrutari velit, lucem historiae effundant. Ornatus est praeterea Codex noster picturis, quae in capite singularum Sectionum, in quas Carmen divisum est, praemittuntur. Ea argumenta, quae in nostro Codice restant, describere lubet.

Fol. 3. verso: „Ci parole ceste estore „comment Orenges est prise, & quil „envoie por le soucours a *Nimes*.

Fol. 36. verso:

„Ci commence a parler ceste estore „comment Guillaume revient des con„fis *Aliscans*.

Videtur nomen Mauri cujusdam Regis, quod saepe occurrit.

Fol. 52. verso.

„Ci parole ceste estore comment *Guibers* fist Raynouart son frere Chevalier.

Fol. 65. verso. „Ci raconte cette estore comment Raynouart se combat a son Pere Roi *des Rames*.

Fol. 80. Ci parole ceste estore comment *Maillefers* fu trajs (tiré) huer dou ventre se mere & que se mere en morut, & comment R. se conbati a Lokifers sen frere.

Nota, Rainerium illum frequenter occurrere, sed littera plerumque R. pro nomine integro, adpositâ.

Fol. 99. „Ci parole ceste estore comment li Angles (Ange) vint dire a R. quil tueroit *Lokifier*.

Fol. 110. „Ci parole ceste estore de la femme R. qui morte est s'en ost si grant duel quil s'en est fuy a bride & est devenus Mones.

Fol. 133. verso. „Ci parole ceste estore comment *R.* se combati a IV loupers (loups) & comment il les occist tous quatre.

Fol. 141. verso. „Ci parole ceste estore „comment Rois Tiebaus d'Arabe a „assis *R.* en un castel.

Fol. 159. Ci parole comment *R.* tua „Gadifier le plus fort Sarrasin qui on„ques fut en son traval.

Fol. 166. Explicit D. Guillaume d'O„renges. Et ci commence li Romans „don mouniage (votum monasticae vi„tae) Guillaume. Comme il s'ala ren„dre en Angienes l'Abie por le duel & „por l'anvi quil eut de Guibele sa fem„me quil trova morte quand il revint „de Gadiferne &c.

Hic incipit nova narratio, de qua Du Catel, loco citato. Multa etiam in fine Codicis nostri deesse videntur. Interim quae restant, ad 2800 versuum numerum assurgunt. Metra decasyllaba, quod genus carminis inter antiquissima esse videtur, ut jam monuerunt PP. Benedictini, opere saepe citato. Praeterea id observare opus est, Poëtas qui ejusmodi carmina condebant, in variis locis exordia iterasse; ut verbi gratia in eo opere de quo nunc agimus. Folio 9. Poëta sic:

„Oiés Signor que dex nous beneie
„Bone cancon de moult grant Signorie
„Un viers bien fait & par rime establie
„Comme est des hoirs Ermengart de Pavie. &c.

tamen multa jam cecinerat Poëta. Id forsitan inde factum, quia tunc mos erat, inter Convivia Principum ejusmodi fragmenta recitare; nec praeterea justi carminis exemplar edere sciebant, sed, ut Horatius ait:

velut aegri somnia, vanae
Fingentur species; ut nec pes nec caput uni
Reddatur formae —

313. fol. Codex membran. XIII

Hunc Codicem Viro Clarissimo De la Curne de Ste. Palaye, quamplurimis Scriptis circa historiam Gallicam, & Poëtas medii aevi, praecipue vero circa historiam militarem vel equestrem, Gallorum, quam *Chevalerie* appellant, illustri, Parisios miseram, à quo multa notatu digna ex nostro Codice aliquando edenda exspectamus. Quae historica sunt, jam breviter recensita sunt ex nostro Codice, Catalogi Tomo II. inter Historiae Gallicae, & Bellorum in Palaestina monumenta. Restat nunc, ut de Carminibus, quae in eodem Codice exstant, pauca dicamus.

1. Ordinem ducit Carmen quoddam historicum, cujus fragmentum edidit Calmetus, inter Additiones ad Tomum I. Historiae Lotharingicae; ubi etiam de autore Carminis multa dixit. Titulus in nostro Codice sequens est:

Li Romans des Loherens.

Implet folia 86. priora Codicis. Singulae paginae continent versus circiter 170, trinis columnis inscriptos, totum itaque opus in versus 29000 exsurgit.

Quis

Quis vero talia legeret; Augiae ſtabula potius verrenda aliquis aggrederetur. Interim hiſtoriam medii aevi, ut ſaepe monui, ex ejusmodi Carminibus illuſtrari poſſe conſtat. *Lotharingorum* nomen ſub illa voce *Loherens* intelligi nunc demum comperi; quod olim dum opuſculum meum *Extraits de Poëſies du XIII. Siecle*, Lauſannae editum 1759. ſcribebam, non obſervaveram. Poëtam ipſum Lotharingum fuiſſe variis argumentis contendit D. Calmetus, nempe Hugonem Metellum Canonicum Regularem S. Leonis Tullenſis, qui circa annum 1150 vixiſſe fertur. Duobus libris hoc Carmen quod ſub titulo *Roman de Garin le Loherens* Calmeto deſignatur, conſtare idem aſſerit. Libri I. argumentum fabuloſum fuſe tradit idem. Deinde initium libri 2. quod cum initio Codicis noſtri idem eſſe comperimus. Hinc itaque ſequitur, opus illud, quod Calmeto erat ad manus, qui omittit totam illam priorem partem, amplius eſſe noſtro. Sic noſtri habet initium;

„Bone chancon plairoit vos a oir
„de vielle eſtoire & de mervellex pris
„Si com li Hongre vinrent en ceſt pais
„Creſtienté ont malement laidi
„les homes mors & detruit le pais
„Ils arcent Rains & aſiſent Paris
„Et ſains Nichaiſes de Rains i fu occis &c.

Bella Caroli Martelli contra Saracenos, qui tunc Hiſpaniam armis tenebant, & intra Galliae limites irruperant, geſta, deſcripta hic

obveniunt, de quibus jam diximus in *Extraits de Poësies*, quae nunc repetere non opus est. Ordo temporum in ejusmodi Carminibus parum servatur; testatur id nomen *Loherens* vel Lotharingorum, quod aevo Caroli Martelli nondum exstabat, a posteris Caroli Magni demum natum, ut omnes sciunt.

2. Secundum Carmen, quod priori connexum est, & a folio 87. ad folium 114. versus circiter 8700 continet, hunc praefert titulum:

de Parcheval le Galois.

Metra hujus Carminis, non, ut prioris, decasyllaba, sed octosyllaba. Initium vero sic habet:

„Do Roi Artus lairai a tant
„Et si ores dorenavant
„Le bon Conte de Parcheval
„Et le haut livre do *Greal*
„de Percheval la verité
„Ki ot en tante terre esté
„Et troyé tantes aventures. &c."

De hoc Carmine diximus pauca, opusculo supra citato. Rursus hic monere opus est., diversum esse nostrum ab alio, ejusdem tituli, cujus autorem, Cl. FAUCHET, de Poëtis Gallis, testatur esse *Christianum de Troyes*. Hoc nempe posterius etiam servat Bibliotheca nostra, Codice 354. & versibus 4500 circiter absolvitur, de quo infra. De fabula tantum, quae utriusque Carminis argumentum Poetis praebuit, nunc pauca monenda. Vasculum illud, in quo Josephus Arimatheensis sanguinem

sanguinem ex vulneribus Christi morientis, vel, ut alii malunt, sudorem ex ejusdem Salvatoris nostri corpore manantem accepisse traditur, Scriptores illi fabulosi sub nomine *Saint Graal* designant. Heros ille, nomine *Parceval*, unus ex militibus Arturi Regis Britonum, hoc vasculum, expeditione in Terram Sanctam feliciter peracta, in Britanniam retulisse fingitur. Jam olim Comes a Caylus, ille Literarum Gallicarum Moecenas simul, dum inter vivos esset, & lumen, opusculo elegantissimo quod Tomo XXIII. *Memoires de l'Academie de Belles-Lettres* inseruit, de fabulosis expeditionibus Arturi Regis & Caroli Magni, monebat, Historicos & Poetas, modo Arturum, modo Carolum laudantes, finxisse bella in Terram Sanctam, ab illis gesta, qui tunc de Terra Sancta ne somniabant quidem. Interim monendum est, promiscue circumferri titulos Poëmatum.

Romans de Parceval.
Roman du Saint Graal.

Diversa inscriptio, idem est argumentum; quod tamen varii tractasse videntur. Prosa enim etiam exstat opusculum, quod ultimum est nostri Codicis & de quo suo loco infra dicendum. Restat, ut ex initio Carminis nostri, supra citato, hanc conjecturam subjiciamus; Carmen aliquod de Rege Arturo praemitti, quod eundem habuisse videtur autorem. Omnia vero ad fabulosam Arturi & Comitum ejus historiam redire, inter quos maxime eminent *Godwinus*, gallice, Gauvain, *Parcheval*, *Lancelot du Lac*. De legenda illa Vasis, quod *Sanctum Graal* vocatur, vide quae nobis dicta sunt Tomo 2. Catalogi nostri,

nostri, ad Chronicon Genuense Alexandri Sauvage. Vas nempe Smaragdinum, quod in hunc usque diem Genuae asservatur, & inter Cimelia pretiosissima habetur, Genuenses circa annum 1100. ex Palaestina secum attulisse gloriantur, & id ipsum esse, quod Josephi Arimatheensis, de quo Poëtae nostri, de quibus jam diximus.

3. *Li Romans de tous les Philosophes.*

Hoc Carmen versibus octosyllabis exaratum, implet folia 20. de quo haec a Viro Clarissimo De la Curne de Ste. Palayé notata hic tradimus:

„Ce Roman est intitulé dans plusieurs „Manuscrits, *Moralités des Philosophes*, „& est attribué à *Alars de Cambray*. „La fin de celui du MS. de Berne est „differente de celle du MS. de Mr. „Gaignat. Les auteurs cités dans ce „Roman peuvent servir à faire connai-„tre l'Etat de la Litterature du XIII. „Siecle.

4. *Complainte de Jerusalem contre la Cour de Rome.*

Hunc titulum Carmini attribuit V. C. de Ste. Palaye, qui Codice nostro usus est, & cum aliis ejusdem Codicis opusculis describi curavit. Arguit Poëta Curiam Romanam, & amissam Terram Sanctam queritur per avaritiam Pontificum, & Clericorum fastum.

Comperi, hoc Carmen praecipue scriptum fuisse tempore expeditionis Cruciatorum in Egyptum, anno 1218. quae statim prospere cessit, captâ a Christianis Damietâ, deinde per dissidia inter Regem Hierosolymarum expeditionis ducem, qui tunc erat Johannes Briennius, & Legatum Pontificium, Pelagum nomine, oborta, totius expeditionis fructus periit, & Hierosolymarum Urbs cum magna Terrae Sanctae parte rediit in potestatem Saracenorum. In luxum Clericorum invehitur Poëta, cujus nomen ignoramus. Initium Carminis, quod non ultra trecentos circiter versus continet, hic descriptum dare lubet:

"Rome, Jherusalem se plaint
"De covoitise qui vos vaint
"Et Acre & Damiete ausi
"Et dient que par vos remaint
"Que Dame dex & tot si Saint
"Ne sont en sa Terre servi
"De Damiete sont saisi
"Par le *Legat* nostre anemi
"Et Crestien de mort ataint
"Et saciés bien quil est ensi
"Quil ont le Roi Jehan trai
"En cui biens & proece maint
"Dex cor n'est un Carles Marciaux
"Au Siecle, qui destruisit ciaux
"Qui si malement ont ouré
"Or n'est nus Clers tant vix bediax
"Qui lues n'ait *Lorains* & oiseaux

"Ensi

"Ensi sont il ore ordoné
"Rome, vos aves destempré
"Tel poison sor Crestienté
"Qui plus est dure que Kailliaus
"Car qu'onques nos avions semé
"A Damiete & amasse
"Ont li Turc mis en lor vaissiaux
"Li *Hospitaus* & li Legas
"Ont bien fait jeter en besas. &c.

Quid haec sibi velint satis intelligent qui res gestas, de quibus agitur, ex monumentis historicis illustrare volent. Adeant praecipue MATHIAM Paris. Anglorum Historicum, & MARTINUM SANUTUM Patritium Venetum, cujus opus in fine Gestorum Dei per Francos, vel Belli Sacri Scriptorum edidit Bongarsius, ubi illa expeditio Damietana fuse traditur. Consulatur etiam Franciae historicus Abbas VELLY; sub hoc anno:

5. *Li Romans des Exemples des Mors, en vers de huit Syllabes.*

Fragmentum hoc desumptum ex Carmine *Helinandi de Morte*, quod exstat in Bibliotheca Regiâ Parisiensi, sub No. 7218. De Helinando vide FAUCHET, opusculo citato.

6. *Li Romans des Fablias des vins, en vers de huit Syllabes.*

Fingit Poëta, Regem Philippum (quisnam fuerit ex Philippis Gallorum Regibus, nescimus) in convivio quodam, cum aulicis assidentem,

dentem, varia vina, quae Francica tellus fert, explorasse. Movet tamen ratio scripturae, & stilus, ut Carmen hoc aevo Regis Philippi Augusti adscribam. Versus circiter ducentos continet, non sine sale conscriptos, pro illius seculi more, statum sacerdotalem irridet Poëta, dum fingit quendam Sacerdotem Anglum examini vinorum praefuisse, & quae pessime judicabat, excommunicasse. Haud illepida sane fictio, & digna vitiis Clericorum illius aevi, qui vulgo de vinorum proprietatibus doctius judicabant, quam de opinionibus religiosis.
Hoc Carmen etiam descripsisse Clarissimum De la Curne de Ste. Palaye, qui hunc Codicem a nobis accepit, ex ipso novimus. Interim speciminis loco primos versus exhibemus:

"Segnor oiés une grant fable
"Qui avint jadis sor la table
"Au bon Roy qui ot non Felipè
"Qui volentiers moilloit sa pipe.

Pagina sequenti hi versus exstant:

"Un Prestre Anglois si prist l'estole
"Qui moult avoit la teste fole
"S'escumenia *Dant Manel*
"Qui croist ens esclos de Biavel
"Et Dant Petart de Chaalons
"Qui le ventre enfle & les talons
"Et Mesire royel d'Estampes
"Qui amaine les gotes crampes

"Cil

"Cil trois vins amainent la rogne
"A grant honte & a grant vergogne
"Les cacha li Preſtres de Cort
"Batant ferant du baſton cort
"Et lor diſt que jamais n'entraſſent
"La u nul prudomme hantaiſſent

Dein vina ipſa coram Rege cauſam agunt:

"Premier parla vin d'Argenteuil
"Qui fu clers comme larme d'uel
"Et diſt quil valoit mieux daus tos
"Or te tais fix a putain glos

Ultimi quatuor verſus Poëmatis praeſtant reliquis:

"Qui mielx ne puet ſi n'a pas tort
"A des o ſa vielle ſe dort
"Soit vin movien per ou perſonne
"Buvons tel vin com diex nous donne.

Sequitur:

Li Romans de la Riote du monde. proſâ.

Nugas, quae riſum movent, continet; ut ex ungue leonum judices, initium ſic habet:

"Je ſûis d'une maniere dont j'ai moult "de compagnons, que je bois plus vo-"lontiers après mengier que devant.

Duobus foliis abſolvitur.

Sequitur:

Sequitur:

„*Li Romans du Doctrinal; en vers de douze Syllabes.*

Praecepta moralia sistit hoc Carmen, quod non ultra 300 circiter versus continet. Extare dicitur in Bibliotheca Regia Parisiensi No. 7218.

„*Li Romans du Fablial de Paradis; en vers de douze Syllabes.*

Versibus circiter 120. absolvitur.

De die ultima Judicii agit.

2. „*Li Romans de Durmars le Galois* (in Indice, qui initio Codicis exstat, legitur, *Durdemert*) *en vers de huit Syllabes.*

Carmen, quod 48 folia, ternis columnis inscripta, versus circiter 7480 continet. Sic incipit:

„Qui beals moz feit dire & entendre
„Bien les doit conter & apprendre.

1. „*Li Romans de Parthenopex; en vers de huit Syllabes.*

A folio 203. ad 236. versus continet circiter 5500. Fabulosam Regum Francorum a gente Priami originem repetit Poëta; quem citat Comes a Caylus. Memoire sur les Anciens Romans. Tome XX. des Inscriptions, pag. 370.

Ultimum opus hujus Codicis prosâ exaratum, hunc titulum praefert:

"Ley après comence li hystoires del "Saint Graal & comment il fu conquis; "& quel Chevalier l'alerent querre. Si, "nos tesmoigne Josephes qui cette his- "toire fist par l'amonition de l'Angle & "si dist que *Perceval* & Mesire *Ga-* "*wains*, & *Lancelot del Lac* furent li "trois Chevalier qui la conqueste en "fierent. Et si vos dist Josephes qui y "fu que *Perceval* le conquist.

Taedet de nugis ejusmodi eadem semper lectoribus obtrudere. Fabulosam Regis Arturi historiam primus tradidit Anglorum historicus, Seculi XII. auctor Galfridus Monemutensis, qui etiam Merlini Prophetias compilavit, vel potius finxit. Vas sacrum, quod Poëtae medii aevi *Saint Graal* vocarunt, quid sit, diximus alibi. Vide supra pag. 347. Alia narrant Germanenses. Vide Catalogi nostri Tom. II. pag. 617.

Prosaicum opus nostrum antenius esse videtur Carmine Christiani de Troyes, quod citat Fauchetus, & in alio Codice nostrae Bibliothecae extare diximus. Idem Fauchet hoc jam ante nos observabat.

Non integrum adest hoc opus, & in septimo folio deficit.

Regem Arthurum fabulosi Scriptores, ut Carolo Magno aequalem facerent, finxerunt expeditionem fecisse in Terram Sanctam, quò nec Arthurus, nec Carolus Magnus unquam

quam penetrarunt. De hac expeditione, cujus comites *Parceval*, *Lancelot du Lac*, & alii, Poëta narrat.

7. 8vo. Codex membran. XIII.

Carmen anonymi de Godefrido Bullonio, & ejus parentibus.

Deest initium Carminis. Versus sunt Senarii, vel Alexandrini; repetitis frequenter iisdem, ut nunc vocant; *rythmis*, vel, *rimes redoublées*, ut gallice loquar. Folia integra manserunt in hoc Codice 117. paginae 234. Versus circiter 6084.

). 4to. Codex membran. XIII.

Carmen idem, uti videtur, sed mutilum, & posteriorem operis partem complexum.

Folia hic remansere 103. versus vero circiter 16480. Idem esse, quod sub titulo *Roman des Saines* citatur Catalogo Codicum MSS. Bibl. Regiae Taurinensis sub N°. 149. non dubitamus. Prior pars Carminis tradit fabulosam quandam originem parentum Godefredi Bullonii, de qua haec habet Guilelmus Tyrius, Historiae Hierosolymitanae Lib. IX. inter Gesta Dei per Francos, a Bongarsio edita pag. 766. ubi haec verba habet:

"Praeterimus denique studiose, licet id "verum fuisse plurimorum adstruat nar- "ratio, Cygni fabulam, unde vulgo di- "citur sementivam ei (Godofredo) fuis-

"se originem, eo quod a vero videatur "deficere talis narratio". Eadem, vel similis fabula, narratur de origine Principum Clivensium. Locum ex WIERIO de praestigiis Daemonum huc adscribere libet: Lib. 3. capite 31. sic ille:

"Ex Helinando Boethius, historiae Sco-"ticae Scriptor, haec refert:

"In Coloniensi dioecesi famosum & im-"mane Palatium Rheni fluminis super-"eminet, *Juvamen* nuncupatum; ubi "pluribus olim congregatis Principi-"bus, inopinato advenit navicula, quam "collo alligatam Cygnus argentea tra-"hebat catena. Inde miles novus & "incognitus omnibus exsiliit, cygnus-"que navim reduxit. Postea uxorem "duxit miles, liberosque procreavit. "Tandem in eodem Palatio residens, "& cygnum adspiciens adventantem "cum eadem navicula & catena, statim "in navim se recepit, nec visus est am-"plius; progenies autem ejus in hunc "diem usque persistit. Hoc exemplo, "spirituum quoque fieri cum faeminis "congressum defenditur, & ex eo fig-"mento in arce Cliviensi, ubi & altissi-"ma turris vetusta conspicitur, Cygnea "nun-

"nuncupata, in cujus faſtigio Cygni "ſimulacrum volvitur, antiquiſſimis ta-"petis texto, originis illuſtriſſimorum "Ducum Clivenſium vetuſtatem dedu-"cunt.

Eandem fabulam commemorat autor libelli notiſſimi, *Comte de Gabalis*, ubi de ſpiritibus, quos *Sylphos* vocant, ſermo fit. Sic a fabula Ledae, & Jovis in Cycnum mutati, per ſeculorum longum ordinem illuſtres gentium origines fabuloſis Poëtarum commentis ornatae riſum movent ſanae mentis lectoribus.

De ortu Godofredi Bullonii, quem hiſtorici ex Euſtachio Bolonienſi, & *Ida*, Godofredi, cognomine Barbati, Lotharingiae Ducis, filia, progenitum teſtantur, haec fingit Poëta: Tempore Othonis Imperatoris exſtitiſſe quandam Duciſſam Bullonienſem, Ducheſſe de Bouillon. Huic bellum moviſſe *Rainerium*, Saxoniae Ducem, & terras ejus uſurpaſſe. Illa Imperatorem, tunc Noviomagi cum Principibus aulae ſuae degentem, adit, & litem cum Saxone judicio dirimi ſupplicat. Dum haec aguntur, advenit in navicula, Cygno trahente, miles ignotus, qui certamen ſingulare cum Rainerio Saxone, pro Duciſſa Bullonia dimicaturus, ingreditur. Ejusmodi certamina tunc legibus licita & ſancita fuiſſe, ex hiſtoricis conſtat. Occiditur Rainerius, Duciſſa reſtituitur in Jura ſua, & Beatricem filiam, praemium victoriae, connubio jungit defenſori ignoto. His parentibus naſcitur *Ida*, quae poſtea nubit Euſtachio Bononienſi, qui Godofredo Bullonio parentes

 exſtitere.

exftitere. Narrantur nuptiae Euftachii, educatio Godofredi & fratrum, multa hic leguntur quae ritus moresque illius aevi illuftrant.

Speciminis gratia fragmentum ex Codice 627. defcribere lubet, ubi Duciffa Bullonia coram Imperatore, cum Principibus & Proceribus in judicio fedente, contra Saxonem, quem Poëta modo *Duc de Saffoigne*, modo *le Saisne*, appellat, caufam agit.

Pag. 7. „Orgeilous eft li *Sesnes* fi a le cuer felon
„X mile Chevaliers a en fa livrifon
„Bien en porroit conquerre la terre au Roi *Charlon*
„Quant vit que je n'avoie Signor ne compagnon
„Ne enfant, ne vallet fe cefte fille non
„Seft entres en ma terre a force & a bandon
„Il a mifes fes gardes en ma miniftre maifon
„Mors eft tous mes linages que j'avoie fi bon
„Car je fuis dou linage Renaut le fils Aimon
„Godefrois a la Barbe li viex Duc de Boilon
„Sire ce fu mes freres fi me fift norrifon

„Ambui

„Ambui fumes jumel d'une conjunction
„Cil fu bons Chevaliers de moult fiere raiſon
„Si conquiſt tout *Hasbain* à corte d'eſperon
„Encor teng je de lui Lovain & Saint Droon &c.

Poſt quam cauſam dixit Duciſſa Bullonia, prodit miles ignotus, & in certamen, pro dirimendâ lite provocat Rainerium, propugnaturus jura Duciſſae. Dantur pignora certaminis, pro more ejusmodi judiciorum, ubi ſic Poëta:

„Donné furent li gages au mains de lEmpereor
„Le *Sesne* replegerent ſei parens li millor
„Tel XXX Chevalier qui il fierent honor,
„Car chascuns miſt por lui & ſa vie & ſonor
„Les oſtages en mainent el celier ſous la Tor
„L'emperere apella les Barons par douſor
„Jugies ceſte bataile por Deu le creator
„A chacun de ces deux & armes & *ador*.

Ante certaminis initium, Proceres Regni sententiam dicunt, inter quos *Comes Namurcensis*, & *Simon Dux Lotharingiae*. Ordinem temporum a Poëtis parum servari, jam saedius monui. Subit conjectura, forsitan Carminis autorem eundem, à quo Carmen *des Loherens* habemus. In illo enim etiam apparet nomen *Simonis* Lotharingiae Ducis, de quo vide D. Calmeti Fragmentum, quod supra citavimus.

Haec de priori Codice dicta sufficiant, qui ad Godofredi Bullonii adolescentiam usque progreditur; Codex vero 320. partem tantum Codicis 627. exhibet, ita quidem ut omnia, quae supra descripsimus in Codice 320. desint. Nuptias Eustachii Bononiensis cum Ida fuse describit. Deinde narrat infantiam Godofredi, & eundem prosequitur usque ad bellum in Palaestinam. Varia hic occurrunt, quae ex historicis hausta comperimus; verbi gratia, quae de infantia trium puerorum, Godofredi nempe, Balduini, & Eustachii, narrat Poëta. Non licet accurate de nostris Codicibus judicare, cum uterque sit mutilus. Nuper autem, ope Viri & eruditissimi & humanissimi D. MERCIER, Abbatis S. Legeri & Bibliothecae Genovefae Parisiensis Praefecti, comperi, unicum in Bibliotheca Regia Parisiensi exstare Codicem sub N°. 7192. qui Carmen de quo nobis sermo est exhibet. Varias in partes divisum videtur. Folio 96. Codicis Regii haec inscripta sunt: „ Chi faut li estoire del Chevalier au Cisne ". Deinde sequitur nova narratio de Gestis Godofredi Bullonii, sed de his plura in nova operis mei, de Poëtarum Gallorum reliquiis, editione.

Codex

Num.	R.	Secul.
573. 8vo. Codex membran.		XIII.

Fragmentum Carminis gallici, de Carolo Magno, & Duce Basino.

Deest titulus, & nomen Poëtae Narrat expeditionem fabulosam Caroli Magni in Terram Sanctam, de qua vide *Memoires de l'Academie des Belles-Lettres, Tome XXI. pag.* 136. Stilus Carminis aevo Ludovici Sancti anterior nobis visus est. Abbas LE BOEUF, Tomo laudato Actorum Academiae, ad Seculum XII. refert opus fabulosum, quod titulo, *Romans de la Terre Sainte*, extitare ait. Forsitan nostrum Carmen idem est, quod P. LE LONG sub No. 6672, citat, hoc titulo:

„Les faits & gestes de Charlesmagne, „Rolland & autres braves Gaulois, „contre les infideles, decrits en vers „françois fort anciens. Autor historiae fabulosae, de Carolo Magno, quae sub nomine Joh. Turpini, Archiepiscopi Rhemensis, circumfertur, Viris doctis fuisse creditur quidam Monachus S. Andreae Viennensis, scriptor exeuntis Seculi XI. primis Christianorum in Terram Sanctam expeditionibus coaevus. Hinc forsitan Poëta noster argumentum desumpsit Carminis; de Pseudo Turpini illius opere, ex quo fonte illae fabulae de Carolo Magno & Rolando, Caroli nepote, manarunt, conferre licet Fragmentum Chronicorum S. Dyonisii, idiomate vetusto gallico exaratum, quod edidit D. MARTIN BOUQUET Tomo V. Scriptorum Galliae, Paris 1745. fol. pag. 220 — 314. ubi Libri III. Cap. 5. pag. 371. hunc titulum praefert:

Z 5 „Com-

„Comment li Message trouverent lEm-
„perour a Paris, & comment li Em-
„pereres fu dolens des nouvelles que
„il vit es lettres, de la reponse des Ba-
„rons, comment li Empereres & li Ba-
„ron murent.

Hoc respondere videtur Excerpto, quod infra ex Carmine nostro exhibemus. Exstant eodem volumine historiarum Franciae pag. 53. *Annales* Caroli Magni, qui Loiselliani dicuntur; ibi narratur legatio Ercembaldi, Notarii, vel Cancellarii, quem Imperator Carolus in Liguriam miserat, ad transvehenda dona a Rege Persarum sibi oblata. De Ercembaldo illo etiam forsan multa in Carmine nostro occurrunt, in priori operis parte, quae deperdita est; mors Ercembaldi commemoratur versu, qui primus est ex fragmento. Simplicitas, ineptiis condita, ubique in ejus aevi scriptis elucet. Exemplum unicum ex Chronico illo S. Dionisiano sane lepidum hic describere lubet.

„In illa expeditione Sancta, quum ex-
„ercitus Caroli in sylva quadam densis-
„sima aberrasset, obvenit Carolo avis,
„quae latino sermone Regem, pro sa-
„lute divinum auxilium implorantem,
„salutat, & itineris dux exsistit.

Ubi autor Chronici id potissimum miratur, quod in illis regionibus, ubi graecus sermo vulgaris erat, avicula latine locuta sit.

Narrat

Narrat idem Reliquias, nempe Coronam spineam, clavum de Cruce, a Carolo Magno ex Terra Sancta in Galliam delatas; quod vero pretiosius est:

„La chemise Nostre Dame que elle
„avoit vestue à celle heure que elle
„infanta nostre Seigneur Jesu Christ ---
„le bras destre Saint Simeon dont il
„reçut nostre Sauveour le jour que il
„fu offers ou Temple.

Mirum foret, talia aliquem scribere ausum, nisi nunc etiam multi forent, qui talia, & multa ejusmodi credant.

Fragmentum Carminis nostri, quod versibus Alexandrinis conditum est, constat foliis 52. & versibus circiter 2392.

Haec ex nostro Codice, speciminis gratia excerpere lubet: initio folii primi, fragmenti nempe:

„Or est mort Erchenbaut, & tuit si
homme occi.
„La Dame fait grant joie quant el voit
son mari
„Ses bras li gete au col moult l'ai bien
conjoi
„Li *dus* est descendus si li baisa lou *vis*
„Et ele lui auci la Dame qu'est gentis
„Si homme li font joie & l'ont moult
signori

„An

„Au Palais retornerent qui fu de marbre *bis*.
„Loiens firent grant joie de lor Signor Ba . . .
„Ses enfans demanda a la Dame gentil
„Dame ou ſuet mi Enfans par deu de Paradis?
„Sire diſt la duchoiſſe je vos aurai toſt dis
„En *Puille* ſunt alé a Simon mon amie
„Il cil eſt mes parens, a lui ſe ſont fui.

Deinde Dux ille Baſinus Pariſios ad Regem Carolum Magnum proficiſcitur. Paullo infra haec:

„Deſor s'en va Baſin ſans nule demorance
„Et a paſſee Luques, Lombardie & Plaiſance
„Tant a erré li dus parmi la Terre Eſtaige
„Quil a paſſée Tors, Orlians & Eſtampes
„A Paris eſt venus li dus per un diemange
„La trova Charlesmaine lou riche Roy de France
„Qui de ſes XII Pers menoit ſi grant morance

„Por ſon neveu Rolland tire ſa barbe
blanche
„Quant nouveles en oit moult en a
grand peſance
„Ahi, biax *rex* diſt-il de la noſtre vail-
lance &c.

Rex, auditis novis de XII. Paribus in quodam Caſtello obſeſſis, Baſinum his verbis interrogat:

„Quant fu tu au Sepucle, ne me dois
pas celer?
„Sire, ce diſt li Duc, ja n'ores verité,
„Je fui en Jeruſalem a la nativeté
„Par mer fusmes chaciés & forment
tempeſtés &c.

389. 4to. Codex membran. XIII.

Chanſons diverſes & autres Poëſies.

Hunc Codicem olim deſcripſi in libello, *Extraits de Poëſies du XIII. Siecle*, unde repetenda nunc ſunt, quae huc pertinere videntur. - Folia 276 continet Codex. Nomina Poëtarum margini plerumque addita ſunt. In capite Carminum exſtant lineae quibus notae muſicae inſcribi ſolent, ſed notae deſunt. Nomina vero Poetarum ſequentia reperimus:

Cuno de Bethunes, Gauthier d'Argies, Gios de Dijon, Thibaut Roy de Navarre, Jean Charpentier d'Arras, Moniot d'Arras,

ras, Simais de Boncourt, Colin Muſet, Hugues de Breſy, Jaques de Cambray, Gauthier d'Eſpines, Gilbert de Verneuil, Pierre de Gand, Philippe de Nanteuil, Audefroy le Batard, le Chatelain de Coucy, Richard Roy d'Angleterre, Chreſtien de Troies, Colars li Bouteliers, Baudoin des Aiſtaus, Gilles de Viex Maiſon, Blondel, le Duc de Brabant, Jaques d'Amiens, Pierre de Molins, Giot de Provins, Raoul Comte de Soiſſons, Louis Comte de Chartres, Raoul de Ferriere, le Roy Amaury de Creone, Perrin d'Agincourt, Gaces Brules.

Maxima horum pars commemoratur Claudio FAUCHET, in Hiſtoria Poetarum Gallorum; nomen *Cunonis de Bethune*, qui noſtri Codicis primus apparet, Faucheto ignotum. Prima hujus cantilena, & ſecunda, B. Mariae Virginis laudes continent. Tertiam Poeta Dominae ſuae dedicat. Hanc Fauchetus Caſtellano de Coucy tribuit. Patet Poetam, quisquis ſit, hoc Carmen condidiſſe, quum expeditionem in Terram Sanctam pararet. Notus eſt mos illius aevi, quo nobiles viri triplicem coronam quaerebant, nempe virtutis bellicae, pietatis in Deum, & amoris in Dominam, cui ſe addixerant. Non minus conſtat ex hiſtoria bellorum, quae Sacra dicuntur, illos Chriſti milites, qui ſe *cruciatos* appellari volebant, ſaepe flagraſſe omni vitiorum genere. Eò usque evaſerat Chriſtianorum corruptio, ut ipſe ille magnus

gnus fidelium hostis & victor, Saladinus dixisse feratur, non mirum esse, si tam scelesti homines divino judicio armis occumberent. Amorem divinum, & summi Numinis cultum miscere olim laudibus puellarum & Veneris lusibus solebant veteres Graecorum & Latinorum Poetae. Sic Horatius olim, modo Apollinis, modo Dianae, modo Lydiae vel Glycerae laudes canebat. Sic illi cantilenarum conditores medii aevi, de quibus nobis sermo est, modo Divam Mariam Virginem, modo amicam laudabant. Nec aliter forsan, si hominum omnis aevi indolem spectes, se res humanae unquam habuere. Templa nunc adeunt mane, vesperâ spectatum abeunt histriones, & saltationes. Theatra Gallorum lyrica resonant laudibus Cytherae & cupidinis. Ne miremur itaque nimium, nec vituperemus illos medii aevi milites simul & Poetas; sed laudemus potius, qui saepe, testibus historicis, castos amores in dominas servabant. Inter cantilenas nostri Codicis, hanc, quae Cunonis de Bethune nomen praefert, quamvis a Fauncheto tribuatur Castellano de Coucy, descriptam dare lubet.

„A y amors com dure departie
„Me convient faire a perdre la millor
„Ki onkes fust amée ne servie
„Deus me ramainst a li par sa douçour
„Si voirement com j'en pairt a dolor
„Deus cai ji dit, ja ne m'en pairt je mie
„Se li cors vait servir nostre Signor
„Tout

„Tout li mieux euers remaint en sa
baillie

„Por li m'en vois sospirant en Surie
„Ke nul ne doit faillir son creator
„Ke li sauroit a c'est besoin d'aie
„Saiche de voir sauroit il a grignor
„Et saichent bien li grant & li menor
„Ke les doit on faire Chevalerie
„Con en conquiert Paradis & honor
„Et los & pris & l'amor de sa mie

Reliqua pars cantilenae eodem redit, nempe, plus cordi esse Poetae amorem dominae, quam recuperationem Terrae Sanctae. Sic enim claudit Carmen:

„J'ais ji men vois plorant des eux del
front
„Lai ou Deus vault amendier mon co-
raige
„Et saichies bien kà la millor dou
mont
„Penserai plus ke ne fais a voiage.

Nota est historia, & a variis carmine & prosa celebrata, Castellani hujus de Coucy, qui expeditioni Philippi Augusti Regis in Palaestinam adfuit, & amore in dominam de Fayel incensus, mortali vulnere saucius, armigero imperavit, ut statim postquam vita in ventos recesserit, cor suum, exanimi corpore extractum, cum Epistola valedictoria, in Europam,

pam, Dominae suae, casti amoris & in ultimam diem servatae fidei pignus referat. Nuper ex vetusto Codice historiam horum amantum protulit elegans Scriptor DU BELLOY, qui a marito fingente, se cum uxore in Palaestinam abire velle, Castellanum delusum cum Richardo Rege iter instituisse narrat, in dissertatione de Gente Cussiacorum. Cantilenam illam, cujus fragmentum tradidi, satis convenire cum amotibus Castellani de Coucy, fateor. Omnia tunc enthusiastico quodam impetu agebantur, amores, bella, sacra.

Praeter Castellanum de Coucy, & Cunonem de Bethune, apparent in nostro Codice Poëtae illustres, Richardus nempe, Rex Anglorum, & Thibaldus Navarrae Rex, Comes Campaniae, quem amore Reginae Blancae, Ludovici Sancti matris flagrasse testantur historici atque Poëtae.

Richardi cantilena, quae exstat in Codice nostro, illustrem habet originem, quam sic narrant FAUCHETUS & alii:

Richardus, bello in Palaestina a Christianis parum prospere gesto & induciis cum Saladino pactis rediens, naufragium passus in Mari Adriatico, iter per terras Leopoldi, Austriae Marchionis, quem expeditionis sacrae comitem, graviter offenderat, clam & ignotus, ne vindictae inimici obnoxius esset, aggreditur. Is fortuito casu agnoscitur, & in manus Leopoldi delapsus, per duorum annorum spatium arcta custodia, in turri altissima detinetur. Interim Angli fata Regis ignorant, & frustra deRicardo inquirunt; donec quidam ex comitibus Regis, nomine *Blondiaux*, vel Blondel, qui olim cum Rege, pro ejus

aevi more, carmina & cantilenas pangere ſolebat, de fatis Domini ſollicitus, clam in Auſtriam proficiſcitur, & ad illam turrim accedit, ubi cantilenam, Regi notiſſimam, canere incipit. Richardus ſtatim, auditâ priori ſtrophâ, alteram reddit. Sic comperto, Regem ibi cuſtodiri, redit in Angliam Blondiaux, rem narrat, quo facto Regina mater Legatos mittit ad Henricum Imperatorem, & ſoluta magna pecuniae ſumma, Ricardus redimitur. Exſtat hic cantilena, quam Richardus in illa Auſtriacenſi cuſtodia compoſuiſſe fertur, argumentum etiam rem ita eſſe comprobat. Hanc HORATIUS WALPOLE Operi elegantiſſimo, cui titulus, *Catalogue of the royal and noble authors of England*, *London* 1759. 8°. 2 *vol.* inſeruit, non ſine mendis; quae in noſtro Codice non apparent. Dolet Rex captivitatem, & de Anglis queri videtur, quaſi redemptionem ſuam parum cupide proſequerentur. De Richardi redemptione diximus Tomo 2. Catalogi noſtri in annotationibus ad Carmen Petri d'Ebulo pag. 164-166. Cantilena illa, vulgo Sonnet, ſtrophis diſtincta eſt; eam hic inſerere lubet, & paucis annotationibus illuſtrare.

Cod. 389. fol. 108. verſo.

Li Roi Richar.

Strophe 1. „Jai nuls hons pris ne diroit ſa raiſon
„Adroitement ſenſi com dolans non
„Maix per confort puet il faire chanſon
„Moult ai damis maix poure ſont li don

„Honte

„Honte en auront ſe por ma reanſon
„Seux les 11. hivers pris.

Str. 2. „Se ſevient bien mi homme & mi Baron
„Anglois Normant Poitevin & Gaſcon
„Ke gi n'avoie ſi poure Compagnon
„Ke je laiſſaiſſe, por avoir en prixon
„Je nel dis pais por nulle retraiſſon
„Mais encor ſeux je pris.

Str. 3. „Or ſai je bien de voir certainement
„Ke mors ne pris n'ait amis ne parent
„Quant on me lait por or ne por airgent
„Moult m'eſt de moi maix plux m'eſt de ma gent
„C'après ma mort auront reproche grant
„Se longuement ſeux pris.

Str. 4. „N'eſt pais merveille ſe j'ai le cuer dolent
„Quant *mes Sires* tient ma terre en torment
„S'or li membroit de noſtre Sairement
„Ke nos feimes anduis communement
„Bien ſai devoir ke ſeaus longuement
„Ne ſeroie pais pris,

Str. 5. „Se sevient bien Angevin & Forain
„Cil baichelier ki or sont riche & sain
„Kencombries ieux loing d'eaus en autrui mains
„Forment m'amoient maix or ne m'aime grain
„De belles airmes sont ores veut li plain
„Portant ke je seux pris.

Str. 6. „Mes compagnons cui jamoie & cui j'ain
„Ceals de Caheu & ceaulx de Percherain
„Me di chanson kil ne sont pais certain
„Nonkes vers eaus nó le cuer fauls ne vain
„S'il me gueroient il font moult ke vilain
„Portant ke je seux pris.

Str. 7. „Contesse Suer vostre pris Souverain
„Vos sault & gairt cil a cui je me clain
„Et par cui je seux pris
Je ne dis pais de celi de chairtain
La meire Loweis.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Strophâ primâ Rex innuit, ſapientem, vel ſanae mentis hominem, ſi in vincula conjectus ſit, non inanibus querimoniis tempus terere, ſed pótius carminibus ſolari taedia captivitatis. Multos ſe habere amicos ait, ſed parva auxilia vel dona ab iis accipere. Turpe fore addit, ſi redemptionis a captivitate negotium per duorum annorum ſpatium prorogetur. Ex hiſtoria notum eſt, Regem circa Decembrem anni 1193, captum, & poſt duos demum annos redemptum fuiſſe, de quibus conſule hiſtoricos, praecipue *Dav. Hume*, qui *Rogerium de Hoveden* citat.

Strophâ ſecundâ ſubditos ſuos, Barones, & homines Anglos, Normannos, Pictavos, Vaſcones, bene meminiſſe ait, ſe, Regem nempe Richardum, vel pro minimo ex illis, in captivitatem redacto, ſollicitum fuiſſe, nunc vero ſeipſum detineri, nemine auxiliante.

Tertiâ Strophâ ſe nunc experiri ait, mortuum, vel captivum nec parentes nec amicos habere.

Quartâ Strophâ queritur de Philippo Auguſto Rege Gallorum, quem *Mes Sires* appellat. Conſtat nempe Regem Angliae tunc propter Provincias, quas in Gallia tenebat, ſe Regis Gallorum Vaſſallum profiteri ſolitum. Teſtantur hiſtorici, fidem mutuo datam inter duos Reges, dum expeditionem in Terram Sanctam conjunctim aggrediuntur, ſe pacem & concordiam invicem ſervaturos. Promiſſis vero non ſtetit Philippus, & Provincias Richardi, dum ille in Auſtria captivus eſt, invaſit.

Quinta & ſexta Stropha querelas continent de incuria & ingratitudine ſubditorum in Regem captivum.

Septimâ, quae ultima eſt, ſororem Richardi, *Johannam* nempe, alloquitur, quae primo nupſerat Wilhelmo II. Regi Siciliae, deinde Raimundo Tholoſarum Comiti, unde Comitiſſam eam appellat. Obſcura & mutila videtur, metra enim reliquis Strophis non reſpondent.

Thibaldus Rex Navarrae, & Campaniae Comes, notiſſimus eſt inter Proceres Galliae, Coaevos Regi Ludovico Sancto. Occurrunt in noſtro Codice variae cantilenae hujus Poëtae; inter quas illa, quae ſic incipit:

„De bone amour vient ſcience & bonteis
„Et amors vient de ces deus autre ſi.

Praeter Cantilenas, exſtant hic alia Carminum genera, quae *Jeu Pertit*, vel *Jeu Parti* appellabantur; dialogi formam ſuſtinent, ubi de amoribus diſputatur. Haud illepidum reperimus, quod hic exhibetur. Dialogi formam exhibet inter varii Sexus perſonas.

„La Dame demande
„Amis ki eſt li muels vaillans
„Ou cil ki giſt toute la nuit
„Auuec ſa mie a grant desduit
„Et ſans faire toſt ſon talent
„Ou cil ki toſt vient & toſt prent
„Et quant il ait fait & ſenfuit

„Ne

„Ne iue pais a remenant
„Ains kuet la foille & lait le fruit?
„Le Cavalier refpont.
„Dame ceu ke mes cuers en fent
„Vos dirai maix ne vos anuit
„Del faire viennent les desduit
„Et ki lou fait tan foulement
„Partir s'en puet legierement
„Car tuit li autre fait font *vent*
„S'on nel fait aprés ou davant
„Dont valt muelz li faires je cuit

„La Dame.

„Amis muelz valt li acoleirs
„Et li vieirs & li joirs
„Li desduirés & li fentirs
„Li proiers & li esgardeirs
„Sa faire n'eft fi grant loixirs
„Car trop eft doulx li demorers
„Et trop eft griés li departirs.

Licentiam illius aevi teftantur ejusmodi carmina, quam faepe obfervavimus poft Clariffimum de Ste. Palaye.

354. 4to. Codex membran. *XIII. & XIV.*

Hic Codex olim fuit Henrici Stephani, cujus nomen ipfius manu adfcriptum eft; conftat foliis 175. continet vero varia.

1. *Fabliaux.*
2. *le Roman des ſept Sages.*
3. *le Roman del Saint Graal.*

Prima pars, nempe narrationes illae fabuloſae & jocoſae, nobis recenſendae ſunt breviter. De hoc carminum genere diſſeruit Vir Clariſſimus Comes à CAYLUS, Tomo XX. *Memoires de l'Academie des Inſcriptions.* Adeant hanc Commentationem, qui hoc literarum genus amant. Nemo quidem elegantius, nemo jucundius, nemo acutius ſcripſit, quam ille. Pars fabularum, quas Codex noſter exhibet, prodiere Pariſiis, ſub titulo Amſtelodami, 3 vol. 12°. 1756. hoc titulo: *Fabliaux & Contes du XII. & XIII. Siecle.* Earum aliquas etiam commemoravit Comes à Caylus, libro citato. Multa, pro ejus aevi more, in his narrationibus occurrunt ſubobſcoena, quae Martialis, Petronii, vel Catulli licentiam, non elegantiam ſapiant. Multa inter ea occurrunt ſatis lepida, & ſale condita. Originem praeterea hic deprehendes fabularum, quas Bocatius, deinde La Fontaine in ſuam rem verterunt felicius. Sic etiam Dramata quaedam Molierii hinc petita ſunt, ut infra dicetur.

Titulos Fabularum non omnes deſcribere licet, ſunt enim ejusmodi, quos per modeſtiam Seculi proferre non liceat. Hos tantum enumerare ſat erit:

Fabula; 2. dou Segretain. 3. de Briſaut. 4. de celui qui bota la pierre. 5. la voye d'Enfer. 6. dou Chevalier a l'Eſpee. 7. la Mule ſans frein. 8. de Marco & de Salo-

Salomon. 9. de Dans Denier. 12. des putains & des lecheors. 13. de la Damoiſe qui vot voler. 14. dEſcula, de lanel, & de la puelle. 15. de la male honte. 16. li escomuniemens au lecheor. 17. do mire de Brai. 28. Cocquaigne. 29. la bataille d'anſer & de Paradis. 33. d'avoir & de ſavoir. 34. des Cordiers. 42. de cort mantel. 43. de la Dame qui fiſt ſon mari mort. 44. li Sohais d'Eve. 45. des trois larrons. 46. le Pater noſtre l'uſerier. 47. le credo l'uſerier. 48. des Sohais que Sains Martins donna as anvieus & coveitous. 55. Caton en Romans. 56. de Richaut. 59. dou Preſtre qui manſia meures. 60. do Vilain qui conquiſt Paradis par plaidant.

Primae fabulae, cui titulus deeſt, praemittitur Prologus autoris, vel forſitan Collectoris Fabularum, quae varios autores habent, occurrunt enim nomina Poëtarum ſequentia: *Raoul de Houdan, Chreſtien de Troyes, Garin, Gombert, Jehan de Choiſy.*

Fabula illa prima narrat de quodam juvene ingenuo, quales multi ſunt etiam nunc:

„d'un vaslet vos voil conte fere
„Qui n'avoit mie grant avoir
„Mes il n'eſt mie ſans ſavoir
„Et aſſes biax vaslet eſtoit
„Cote & mantel d'un drap avoit

„Et une espee & un blanc gans
„Nul mestier faire ne savoit
„Par ces Chevaliers par ces Cors
„de ville a autre aloit tos jors
„Et manjeoit par autrui ostex.

Ejusmodi homines inter Gallos vocantur, Cadet de Famille, n'aiant que la cape & l'épée. Vox illa *Vaslet*, a Vassalletus, ingenue natum, f. nobilem significat. Teste Glossario medii aevi (CANGII).

Fabula 2. dou Segretain (du Sacristain) a Comite de Caylus, loco citato, integra narratur. De Fabula 5. la voye dEnfer, dixit FAUCHET, libro, cui titulus *de l'Origine & Progrès de la Langue & Poësie françoise* qui vitas & Scripta Poëtarum Gallorum medii aevi recenset. Liber nunc inter rariores habetur. Fabulam 6. dou Chevalier à lEspée, quae inter lepidissimas hujus voluminis numerari debet, recensuimus olim, opusculo quod Lausannae 1759. prodiit, titulo, *Extraits de Poësies du XIII & XIV. Siecle* Autor fabulae Chrestien de Troyes, teste Prologo ubi haec leguntur:

„L'an ne doit Chrestien de Troies
„Ce m'est vis par raison blesmier
„Qui sot dou Roy Artus conter
„De sa cort & de sa mesniee
„Qui tant fut loée & prisiee &c.

Narratio vero sic incipit:

„Li Roi Artus en un Esté

„Estoit

„Eſtoit a Cardoil ſa cité
„O lui la Roine & *Gauvain*
„Keñ lò Senechal & Yvain.

Gauvain, (Godwinus) de quo haec fabula narratur, Regis Arturi nepos fuiſſe dicitur, de quo multa habent hiſtoriae fabuloſae Regis Arturi. Fabulae argumentum hoc eſt: Godwinus poſt varios caſus nubit puellae venuſtae, quam in aulam Regis ducere quum vellet, pro more illius aevi tergo equi imponit, & duobus canibus albis, quos *Lepriers* vocant, comitatus, iter ingreditur. Occurrit ignotus quidam, pro more Equitum illius aevi, loricâ, clypeo, & lancea armatus, qui puellam Godwini ſibi expetit. Ille ſuam eſſe juſto matrimonio contendit. Alter vero, illius eſſe debere, quem ipſa voluntarie & ex animo ſequi vellet. Godwinus, de pietate novae nuptae ſecurus, conditioni aſſentit. Puella, eligere, quem vellet, juſſa, ignotum prae marito petit. Pactâ conditione, Godwinus, quamvis triſtis, & mulieris fragilitate graviter commotus, tamen promiſſis ſtat, & ſolus iter proſequitur. Interim Godwini puella canes albos, quos ex domo ſoceri abduxerat, Godwinum ſecutos, quum animadverteret, & muliebri deſiderio commota, eos ſibi reddi expetit a novo domino. Ille Godwinum aſſequitur, & canes puellae reddi debere contendit. Godwinus vero his verbis reſpondet: „Uxorem „abſtuliſti, pactâ conditione, ut ſequeretur, „quem vellet. Eadem conditione canes ha„bebis." Ille canes blandis verbis appellat, qui priori domino addicti, pro more canum, alterum ſequi negant. Poëta quid ſibi hac

fabula

fabula velit, facile assequetur lector; ut nempe contenderet, quod centies dictum

varium & mutabile semper
Foemina.

Sequuntur varia non ex narrationum genere; quale illud, quod octavum est, de Marco & Salomon. Dialogi genus. Memini, exstare dicta quaedam Salomonis & Marcolfi, scurrilia, germanico sermone exarata, quae cum nostris conveniunt. Specimen dialogi, de quo nobis agitur, sequens apponere lubet.

„Mortalités en guerre
„Est essil de terre
„Et destruiement
„Ce dist Salemon.

„De putains sort max
„Et ires mortax
„Et peril de gens
„Marcous li respont.

Nonum carmen, ironice laudat pecuniam, titulo, *de Dans Denier*, sc. de *Domino Denario*. Ubi haec leguntur:

„Denier fait cortois de vilain
„Denier fait de malade sain
„Denier sorprent le monde a plain
„Tot est en son commandement.

Et paullo infra:

„Denier fait la besoigne à Rome.

Fabula

Fabula 12. etiam ex satyrico genere est, & in Sacerdotes scripta, quos saepissime a Poëtis medii aevi male haberi observavimus. Mira est licentia, sacra profanis miscere, quod in hac fabella, & aliis multis occurrit. Sale multo tamen condita est, & in hoc abit. Deum, postquam mundum condidisset, tria genera hominum creasse, nobiles, sacerdotes, rusticos. Illis, nobilibus nempe, assignatos reditus terrarum; Sacerdotibus, decimas & eleemosynas; rusticis, ut laborando & arando vitam ducerent. Sic distributis sortibus, duo genera hominum remansisse, meretrices, & parasitos; & Deum supplices rogasse, ut sibi vitae genus aliquod, & alimenta assignaret. Deum itaque, precibus annuisse, & parasitos nobilibus, meretrices Sacerdotibus tradidisse alendas. Postea vero evenisse, ut Sacerdotes curam gererent meretricum, nobiles vero parasitos negligerent. Itaque Sacerdotes, quod jussis paruissent, salvari, damnari vero nobiles, quod curam non gesserint parasitorum; sic enim desinit fabula:

„Se mes fabliax dit voir donc sont
„Por cest comant li Clerc sauvé
„Et sont li Chevalier dampné.

Parasiti illi erant Poëtae, aliàs *Jongleors* dicti. Hi aulas Principum sequebantur. Verosimile est, unum ex illis fabulam finxisse, ut jocose & allegorice se commendaret Principibus viris cum toto ordine Poëtarum, qui etiam nunc, ut olim, parasitico more vivunt, neque semper laute coenant, a Patronis neglecti.

Carmen 16. ad idem genus ſatyricum pertinet; Luxurioſus quidam, *Lecheor*, vel paraſitus, comice omnes excommunicat, quos ſibi obeſſe credit.

„J'escommuni tos les jalox
„Qui de leurs femmes ne ſont *Cox*
„J'escommuni poure orguellox
„Et mauves homme delitox
„Et joene homme religios.

Fabula 17. *do mire de Brai*, a Comite Caylus narratur, libro citato. Argumentum eſt idem, quod dramatis notiſſimi & faceтiſſimi *le Médecin malgré lui.* Hic rurſus in Clericos & Sacerdotes ſatyrico aculeo invehitur Poëta. Fingit nempe, ruſticum quendam, ut caſtam ſervaret puellam, cui nupſerat, ſingulis diebus, antequam in rus exiret, eam fuſtibus caedere ſolitum, quia ſic mulierculam crederet, commotâ bile, & viribus exhauſtis, a re amatoria averti poſſe. Praecipue vero Sacerdotes, vel Clericos metuebat ruſticus, quod his verbis exprimit Poëta:

„Quant ore ira à ſa charrue
„Li Preſtres ert emmis la rue
„A cui il eſt tos jors foirie (fête).
„Et quant il ſera esloigniés
„De ſa maiſon, lo Chapelain
„Y ira tant hui & demain
„Que ſa femme li f....

Reliqua

Reliqua pars fabulae eò redit, ut muliercula vindictam excogitaret eam, quae fabulae Molierii argumentum efficit. Hîc vero aegrotare fingitur filia Regis Anglorum, cujus aulici, dum Medicum anxie quaerunt, ab uxore rustici monentur, maritum, artis sanandi peritissimum, non nisi verberibus cogi posse, ut aegros sanaret.

Fabula 29. *la bataille d'Enfer & de Paradis* ideo mihi notatu digna videtur, quia ad bella civilia Gallorum, circa primordia Regni Ludovici Sancti, allusisse Poëtam credo. Fingit Poëta, Infernum Paradiso bellum intulisse. Urbs Lutetiarum (Paris) signa Paradisi sequitur; aliae urbes quamplurimae sub Inferni vexillis pugnant. Apparent in nostro carmine nomina Urbium, & variorum Regni Procerum. Sic vero desinit carmen:

"Cest fabliax conté ci endroit
"En la fin nos prent a retraire
"Que nus ne doit bataille faire
"En bois en pres ne en Gastine
"Nen prendre fole enhastine
"Viex pechés fait joene vergogne
"Tesmoin le Conte de Bologne.

Principes Regni, inter quos primas partes agebant Mauclerc Comes Britaniae, & Philippus Boloniae Comes, bellum moverant civile, freti aetate Regis, tum puerilibus annis vix dum egressi, cujus tutelam ex testamento Patris gerebat Blanca mater Regis Castiliae filia, quam sibi tutelam jure deberi contendebat Boloniae Comes Regis Patruus. Urbs Lutetiarum hoc bello Regi & Regis matri fidem servavit. Haec omnia narrant Scriptores

ptores Historiae Gallicae, inter quos Abbas VELLY, ultimus ordine temporis, sed, si in perquirendis rerum momentis diligentiam spectes, nulli secundus; qui etiam Carminum, Scriptores non semel illustrandis medii aevi monumentis, & moribus uniuscujusque aetatis adhibuit.

Fabula 42. *de cort mantel.* Hujus argumentum ex aula Regis Anglorum Arturi desumptum est.

Fabula 54. idem argumentum narrat, quod LA FONTAINE postea, sub titulo *le Berceau*, tractavit.
Huic subjunguntur Disticha moralia Catonis, vel potius ea, quae cucullatus quidam medii aevi Scriptor Catonis nomine inscripsit, saepius vulgata latino sermone.

Ordine 55. *de Richaut;* sub hoc titulo Poëta contra abusum divitiarum invehitur.

Fabula 59. *do Prestre qui manjea meures*, edita in collectione, Contes & Fabliaux, 3. vol. & alibi, lepidissima est.

Fabulam 60. de rustico, qui cum Divo Petro, ad Portas Paradisi, introitum negante, disputat, & sancto Janitori abnegationem Christi rustico more exprobrat, tandem, quasi bene actâ causâ, in Paradisum introducitur, jam olim integram edidi, in *Extraits de Poësies du XIII. Siecle*, Lausannae 1759.

Tantum de Fabulis hujus Codicis; quas sequuntur

2°. *le Roman des sept Sages*, prosâ.

Hujus

Hujus fabulae excerptum dedimus opusculo citato. Argumentum paucis repetere lubet. Diocletianus Imperator, ut filium unicum egregie educaret, tradit eum septem quibusdam sapientibus Viris. Ab his per annos septem probe variis scientiis instituitur. Revocatus in aulam Patris, de reditu astra consulit, & monetur, ut per dies septem, post adventum, caveat ab omni sermone, sed ad quascunque quaestiones, quasi mutus, nihil respondeat. Diocletianus interim, absente filio, secundas contraxerat nuptias. Post cujus reditum Imperator magna exspectatione, quam de egregia institutione pueri conceperat, mire defraudatur, qui ne verbo quidem ad questiones patris respondebat. Interim Noverca scelesto carpitur igni, & quo Phaedra olim in Hippolitum ardet amore. Ille, castus nempe, abhorret a crimine, & recusat illecebras mulieris. Haec, in vindictam versa, crimen in puerum confert, qui dum praecipiti gradu amplexus novercae fugiens, pallium in cubiculo Reginae amittit, falsi criminis reus fit. Filius, oraculo monitus, ne verbo quidem crimen excusat. Vocat Imperator septem institutores pueri, crimen narrat, & exprobrat, quod mutum, &, quod majus est, scelestum & impudicum sibi filium tradidissent. Illi monent Diocletianum, ne praecipitaret judicium; non statim, quamvis noxius videretur, damnandum. Hinc incipiunt exemplis asserere innocentiam pueri; & praecipue de dolis & astutiis mulierum varia facete narrant. Inter alias historiolas occurrit illa, quam pro argumento Dramatis, *George Dandin*, adhibuit Moliere. Interim Regina suam causam agit, & aliis narrationibus,

contra Sapientes & puerum insurgit. Diocletianus nunc huc nunc illuc distrahitur, & prout vel ab una vel ab altera parte peroratur, consilium mutat. Tandem Imperatoris filius absolvitur, Regina ignis supplicio damnatur. Commemorat FAUCHETUS, libro saepe citato, opus quoddam, hoc titulo, *Roman des sept Sages* vel *Dolopathos*, quod metris exaratum a quodam nomine *Hebers* tradit. Constat autem, idem argumentum a variis auctoribus tum prosâ tum versibus non semel tractatum, ut evenit illi fabulae *du St. Graal*, de qua supra. Prosaica vero nostra fabula eadem est cum opere, quod L'ENGLET DU FRESNOY citavit in *Bibliotheca fabularum* Romanensium, hoc titulo: „Histoire pitoyable du Prince Erastus, fils de Diocletien Empereur de Rome, traduite (de l'Espagnol) „en françois. Lyon & Anvers 1568. & Paris „1572.

Idem recentiori stilo ornatum rursus prodiit Parisiis 1709. autore, ut LENGLET testatur, Chevalier de Mailly, sub titulo „Histoire du „Prince Erastus fils de l'Empereur Diocletien. Novus iste Editor fingit antiquissimum esse hoc opus, & olim graece exaratum. Sed haec mera fabula est.

Codicis nostri ultimum opus est:

le Roman de Parceval, par Christian de Troyes.
quod a Salvatore Domino noſtro hereditatis jure ad Chriſtianos pertinere ait. Nec ſummum Pontificem jus habere ait, propter bellum Sarracenis inferendum tribuendi indulgentias, niſi propter recuperationem Terrae Sanctae.

Fol. 37. „Pourquoi les Chevaliers doi- „vent eſtre pugnis?

Fol. 39. „Se les Vaſſaux doivent aller „en guerre a leurs deſpens?

Fol. 4. „Se les hommes d'ung Baron „doivent aidier a leur Seigneur lequel „ait guerre contre le Roy, ou sils doi- „vent aidier au Roy?" Rationes in utramque partem exponit.

Fol. 46. verſo. „Se Clers pueent ne „doivent aller en bataille?" In utramque partem rurſus diſputat.

Fol. 68. verſo. „Se ung Chappelain eſt „aſſalis de ſes ennemis portant le corps „de Dieu a ung malade, ſe il doit laiſ- „ſier le corps de Dieu, & ſoy deffen- „dre.

Affirmat autor, Clericum vel Sacerdotem vitae tuendae jus habere, etſi interim aegrotans ſine Sacramento moriatur. Multis dein rationibus & exemplis id adſtruit, ubi haec verba notavimus:

„Car

„Car trop de bonnes perſonnes mue-„rent ſans recepvoir le corps de nos-„tre Seigneur; car je ne treuve mie „quant Saint *Pol* euſt la teſte coppée, „quil preiſt le corps de noſtre Sei-„gneur, ne Saint Jehan Baptiſte. Ne „ſi ne crois mie que le Bourreau quant „il luy couppe le chief en la priſon, „luy demandaſt sil vouloit recepvoir „le corps de noſtre Seigneur."

Fol. 75. „Se un Eſtudiant Anglois de-„morant a Paris pour eſtudier pour-„roit eſtre empriſonnés?

Autor monet, dum haec ſcriberet, bellum inter Angliam & Franciam geri.

Fol. 86. verſo. „Se la Succeſſion Ro-„yalle du Royaulme de Napples peult „de droit venir a la Dame?

Hoc Capite agit autor de legitima adoptione Ludovici Andegavenſis, quâ Regina Johanna Jus Regni a Carolo Duracenſi ad illum transtulit. Jura Pontificis in Regnum Neapolitanum aſſerit autor. Capitis initium ſic habet:

„Mais pour les choſes precedens ſuis „venus en ung aultre debat que font „aucuns de nos *Provençaux* diſſant „tout expreſſement que oncques nous „n'eus-

Num. B. Seculi

„n'eusmes povoir d'assaillir le *Roy Loys.*
„Mais il faut voir premierement que
„en nostre Royaume de Napples la di-
„gnité Royale puet de droit venir a la
„Dame &c.

Post opus recensitum, exstat in Codice nostro aliud opusculum, à folio 104. ad 113. quod agit de Fecialibus, (*heraults d'armes*) item de electionibus Regum, Ducum, Comitum. Capitis primi titulus sic habet:

„*Comment se doit faire Roy de novel*
„*Royalme.*

Ultima Capita agunt de insignibus armorum, & de coloribus, quod hodie *Blason* vocant.

Vide Jac. Le Long. Bibliotheque de la France; ubi varia ejus generis opera citat à N°. 16085. seq.

Tandem, ultimam Codicis partem implet Fragmentum Bullae aureae Caroli quarti Imperatoris, gallice; sed deficit a capite 13. *des Renovacions des Privileges.*

C.

99. fol. Codex membran. X.

Hic Codex Coenobii S. Benedicti Floriacensis fuit, teste inscriptione, quae literis majusculis initio & calce Codicis exstat. Continetur eo:

Cassiodori expositio in Psalmos, à C. ad CL.

Quo

Quo fato & iste Codex, & alter 124. quem citavimus Tomi I. pag. 332. quinquaginta tantum Psalmorum expositionem Cassiodori contineant, nescimus. Ille tamen Codex 124, non, ut diximus, est Coenobii Floriacensis, sed iste 99, de quo nobis sermo est.

Cassiodoro adjunctum est fragmentum Commentarii in Jobum, quem Philippi Presbyteri esse comperimus, ex Epistola Philippi praemissâ, quae hunc fert titulum, lacerum quidem:

„*Epistola Philippi Presbyteri & . . .*
. . . toris ad Episcopum Nectarium.

Prima verba Epistolae haec sunt:

„Adhortante immo potius compellan-
„te te Nectari &c.

Commentarium in Jobum, qui operibus Hieronimi, & operibus Bedae vulgo inseritur, illum esse Philippi Presbyteri, docuerunt illustres Critici; vide Oudinum & Caveum &c.

96. fol. Codex membran. XV.

Post Vincentii Bellovacensis Speculi historialis Fragmenta, de quo alibi, ultima pars Codicis exhibet:

Chronicon, ab origine mundi, usque ad annum Christi 1379. gallice.

Deest primum folium. Folia 26. priora usque ad Christi nativitatem porriguntur. Autor, ubi de Chronologia, & numero annorum ab Orbe condito ad Christum natum agit, citat *Johannem Parisiensem*, (Frere Jehan de Paris)

[illegible]

”L'an 1315. avint que Dieu volt oster
”la pestilence de la famine & mortali-
”té qui avoit ja duré plus de deux ans
”si que entour la Penthecouste contre
”l'oppinion commune de toutes gens
”le blé & le vin revindront a si grant
”marchié que ce ne peust estre sans
”grant miracle, dont un *Rimeur* dist
”en tele maniere

”L'an mil trois cent quatorze & quatre
”Sans vendengier & sans blé batre
”Volt le chier temps du monde abatre
”Cil qui pour nous se volt combatre.

”Le Sextier de blé avoit esté plus de
”trois ans devant vendu cinquante sols
”parisis a la mesure de Paris, & len-
”demain

„demain entour Penthecoufte il vint
„a XII fols.
"L'an M. CCC. XX. ne fcay par quel
"efperit ot en France fi grant commo-
"cion de *Paftoureaux* & d'autres gens
"qui difoient quils vouloient aler oul-
"tre mer qui ce fu une grant mer-
"veille.
"L'an M CCC XXI en Aquitaine & en
"une grant partie de France tous les
"*mefeaux* furent *ars*, car renommee
"eftoit par le monde que ils vouloient
"empoifonner toutes les fontaines.
"On difoit que les Juifs furent con-
"fentans aux *Mefeaux* de ce malefice
"pour la quele chofe il y en ot plu-
"feurs ars avec les *mefeaux*.

Hac voce *Leprofos* indicat, de qua re vide hiftoricos Franciae, praecipue P. Daniel.

Opus claudit brevis Chronologia Francorum a fabulofa ex Troja origine usque ad Carolum VI.

Scriptura Seculi XV. ineuntis. In fine haec leguntur:

"Explicit le livre des croniques abre-
"gées copié & complet ce Samedy 23.
"Juillet l'an M CCCC, fept par moy
Bruyandel.

Foliorum Summa 85.

Num.	C.	Seculi
12. fol.	Codex membran. olim Jac. Bongarsii.	XIII. exeunt.

Etsi de hoc Codice jam dixerim Catalogi Tomo II. pag. 61. & 366. eum tamen aliquanto accuratius describere, & quaedam omissa addere opus est.

Codicis initium exhibet brevem quandam seriem Pontificum Romanorum, & Regum usque ad Ludovicum VIII. Galliae Regem, Philippi Augusti filium. Paucas paginas implet. Hanc sequitur

Arbor genealogica Regum Francorum à Pharamundo usque ad Ludovicum VIII. addita Genealogia Regum Anglorum à Guilelmo Conquestore ad Henricum III. vel Johannis obitum. Deinde, fragmentum quoddam vel expositio de septem Spectaculis mundi historicis & septem Spectaculis physicis, quae Monachum & medii aevi barbariem sapiunt. Sequitur

Fragmentum ex Baldrici Historia Hierosolymitana, citatum nobis Catal. Tom. II. pag. 365.

Tandem reliquam Codicis partem, & maximam implet opus historicum, cui titulus & nomen autoris deest, de quo breviter Catal. Tom. II. pag. 61. diximus. Accuratius inspecto eodem opere; has observationes addere lubet.

Folia continet 128. vel paginas 256. singulas binis columnis inscriptas, charactere nitido, & minusculo, ut non exiguum librum efficiat.

Ab orbe condito, per res gestas omnium gentium, deducit narrationem, & praeci-

pue

pue Historiae Gallicae immoratur. Patriam Gallicam ubique testatur autor. Ex ordine quodam Religioso fuisse non dubitamus. Miracula enim narrat innumera, & ubi de haereticis sermo est, tonat & fulminat.

Speciminis gratia hunc locum, ubi de Bello in Gallia contra haereticos Albigenses gesto narrat, describere liceat.

"Anno Domini M CC X. & Othonis "Imperat. II. & Philippi Regis XXXII. "grandis fit iterum motio nostrorum "tam Episcoporum quam Procerum & "vulgorum. Erat enim ista peregri"nacio celebris & votiva tum propter "zelum fidei fidelium animis accensum "adversus fidei corruptores, tum pro"pter penitentiarum remissionem a si"de Apostolica repromissam. Acce"dentes igitur adunato exercitu *Biter"rim* (Beziers) obsident castrum mu"nitissimum non longe à Carcassona si"tum nostris omnimode permolestum; "obsessi denique ad deditionem se of"ferunt. ... Cumque daretur omnibus "optio, ut qui ab heresi resipiscerent, "immunes evaderent, ex illis reperti "sunt circiter CLXXX, qui maluerunt "incendio concremari, quam ab here-

"tica pravitate liberari. Obstupuerunt "videntes tam irrevocabilem impio-"rum pervicaciam, qui rationis per-"turbato judicio nec monitis salutari-"bus cederent, sed ad suplicium spon-"tanei festinarent. Nec ést ulli fide-"lium ambigendum quia tales *diaboli* "*martyres* post temporalem flammam "statim transeant ad aeternam.

De morte Regis Anglorum Johannis sine Terra, & miraculo vel prodigio post ejus obitum haec habet;

M CC XVI. "Tunc Johannes Rex An-"gliae XV. Kal. Novemb. ignominiose "moritur. Nam cum in quadam Ab-"batia quę est in Ecclesia Cathedrali "Episcopatus *Uleresberens*: corpus di-"cti Regis sacrilegio fuisset ad summi "Regis dedecus & ad ejus supplicium "inhumatum; circa mediam noctem "à custodibus Ecclesiae fuit ergà ejus "sepulcrum terribilis vox audita. Qui "ad ululatus sonitum accurrentes um-"bram terribilem repererunt. Sicque "supra modum exterriti ad Abbatem "suum & Monachos qui in Dormito-"rio Ecclesiae quiescebant celeriter ac-"currunt.

"currunt. Quo audito Abbas & Mo-
"nachi surgentes attoniti ad Ecclesiam
"veniunt, secum aquam benedictam
"crucem & eucharistiam deportantes.
"Et sic ab illis Ecclesiam intrantibus
"terribilis vox auditur, umbra horri-
"bilis repperitur, clamans se Johan-
"nem Regem Angliae tormentis variis
"lacerandum quamdiu corpus ejus ma-
"ledictum esset in terra cimeterii be-
"nedicta & maxime in Ecclesia tumu-
"latum. Quod cum Monachi timidi
"audivissent, rastris terram effodiunt,
"& ab Ecclesia & cimeterio corpus eji-
"ciunt maledictum, nec postea vocem
"ejus audiverunt vel umbram viderunt;
"nec *quod dictu horrendum est* corpus
"quod foris jactaverant reppererunt.

Nota est historia Regis Johannis, qui multis se facinoribus & vitiis contaminavit. Corpus ejus in Ecclesia Wigorniensi depositum narrat Matthias Paris, & Matthias Westmonsteriensis Anglorum historici. De illo miraculo nihil habent. Non miror, parum enim decet Subditos, Regum suorum animas damnare, quod Gallus Scriptor & Monachus de Rege Anglo potius asserere poterat.

851. fol. Codex membran. XII.

Continet praeter varia, jam recensita,

Catalogum Pontificum Romanorum a recentiori manu continuatum, usque ad Clementem VII. & Paullum IV.

Fragmentum operis chronologici, divisi in tres libros; in capite primi folii, ex novem quae supersunt, (initium enim libri deest) inscriptum legitur: *Hugo de S. Victor.*

Tractat autor, priori libro, cujus initium deesse dixi, de mundo, de signis Zodiaci; libro secundo de ratione anni. Libro tertio breviter enarrat seriem rerum praecipuarum ab orbe condito usque ad *tempora Danjelis*, ubi quintam aetatem mundi ordiri ait. Exstat locus de inveniendo anno Domini per Indictiones, ex quo aetas autoris judicari potest. Sic habet:

"Ad inveniendum annum Domini or-"dines Indictionum ab Incarnatione "ejus quae sunt LXX per XV multipli-"ca addens XII, quia tres Indictiones "annum nativitatis Christi praecesse-"runt, & fiunt anni 1120, his adde "Indictionem praesentis anni, & ha-"bebis annum Domini.

De Hugone de S. Victore, adii Fabritii Bibl. medii aevi. Ejus Chronicon anecdotum exstare tradit, citat Albericum. Vixit Hugo circa 1130; obiit 1140. Tempus anonymi nostri huic congruere patet.

Codex

Num.	C.	Secul.

401. 4to. Codex membran. XV.

Joh. Chrysostomi Homilia, de eo quo homo non laeditur, nisi à semet ipso; latine. Scriptura nitida, autorem versionis nescimus.

198. 4to. Codex membran. olim Franc. Danjelis. XI.

Claudiani de raptu Proserpinae carmen. Deest pars libri I. cum initio.

625. 4to. Codex membran. Scriptura elegantissima. XVI.

Polyhistor, aultrement recueil de plusieurs histoires & ruses de guerre, dedié à Très hault & invincible Prince Henri Daulphin de Vienne & Duc de Bretaigne, par Estienne Congnard son humble subjet.

Post dedicationem ad Principem Henricum, qui postea sub Henrici II. nomine Galliarum Regnum adeptus est, autor tradit versionem *Vegetii*, deinde *S. Julii Frontini.*

Sequuntur varia Excerpta ex Plutarcho & Xenophonte, item, Extrait du livre de la Monarchie de France composé par Maistre Claude de Seissel, Archevesque de Turin. Claudit opus Breviarium historicum, ab orbe condito usque ad tempora Francisci I.

847. fol. Codex chartac. XV.

Guidonis de Columpna Historia Trojae.

Hoc opuſculum quamvis jam typis ſit editum, tamen cum raro occurrat, ex Epiſtola Dindini haec pauca edere lubet: quia dum ea legimus, egregia videbantur, & lectu jucunda; exponit nempe Philoſophus ille Dindymus dogmata gentis:

"In honorem divinum pecudes innocuas non mactamus, nec delabra metalli argenteis incruſtata fundamus, "nec altaria auro gemmisque ſplendentia dedicamus, quę ſi quia non habent ideo largiaris, ſuperiorem te aſſeris, *ſic habenti* parem. Quod utrumvis feceris contumelia eſt. Nam "quisquis celeſtia precari invitat offendit. Non ſuſcipit Deus ſacra ſanguinea, cultum diligit incruentum. Spernit funeſta libamina, verbo propitiatur orantibus, quod ſolum ei cum homine eſt, magnanimi ſimilitudine delectatur. Nam *verbum* Deus eſt, hic "mundum creavit, hic regit atque alit "omnia. Hunc nos veneramur, hunc "diligimus, ex hoc ſpiritum trahimus.

G.

222. fol. Codex chartac. XVI

Varia continet hic Codex Hiſtorica & Eccleſiaſtica, inter quae maxime memoranda ſunt, quae

quae pertinent ad historiam Valentini Gentilis heretici Itali, cujus errores de Trinitate & judicium capitale, quo Bernae anno 1566. affectus est, commemorarunt multi Scriptores, inter quos praecipui sunt:

Benedictus Aretius Bernensis Ecclesiae Theologus, qui ipse huic negotio interfuit & Genevae, anno sequenti nempe 1567. libellum edidit, qui nobis ad manus est; hoc titulo:

"Valentini Gentilis justo capitis suppli-"cio Bernae affecti historia, & contra "ejusdem blasphemias orthodoxa de-"fensio articuli de Sancta Trinitate.

Alter, Christophorus Sandius, in Bibliotheca Anti Trinitariorum edita Freistadii 1684.

Tertius Baylius, Dictionaire critique, article *Gentilis*, qui utrumque citat. Hos, & alios multos historiae ecclesiasticae Scriptores adeant, qui accuratius eam rem indagare cupiunt. Multa etiam ad hoc argumentum exstant in Historia Genevensi, SPONIO autore, & annotationibus ad hunc locum.

Quamplurima hujus Codicis ad Gentilem pertinent; nec non ad *Joh. Paulum Alciatum* & alios ejusdem haereseos fautores.

Varia opuscula inedita continet, quae historiae eorum haereticorum illustrandae inservire possint. Breviter haec recensere lubet, additis paucis annotationibus.

1. *Joannis Paulli Alciati Confessio.* Implet 6. paginas cum dimidia: Sic vero incipit:

"Ego

"Ego Joannes Paullus confiteor coram
"Deo & omnibus piis, me in fincero
"corde credere ac pro veri Dei oracu-
"lis habere quidquid continetur tam in
"libris canonicis V. & N. Teftamenti
"quam in utroque fymbolo, Apoftoli-
"co fc. & Nicaeno, & ne transverfum
"quidem digitum ab hac regia via re-
"cedam. Contra vero non folum de-
"teftor omnes haerefias, quas hactenus
"Sancta Mater Ecclefia ex verbo Dei
"damnavit &c.

De hac Joh. Paulli Alciati Confeffione non conftat, an unquam edita fuerit. Alciatum hunc circa annum 1558. Genevae fuiffe, & cum Gentili & Georgio Blandrata eosdem circa Trinitatis myfterium errores foviffe, conftat ex Theod. Bezae Vita Calvini, Aretio, Baylio, Sandio &c.

2. *Propofitiones de Deo & Trinitate Francifci Davidis Plebani Claudiopolitani, Ecclefiarum Hungaricarum in Tranfylvania Epifcopi.*

Propofitiones funt 19. quarum prima fic habet:

"Scripturae Sacrae femper unum Deum,
"fictitiis nominibus plurium Deorum
"opponit, & nobis ferio proponit, ut
"Deute-

"Deuteronom. 4. 6. 1. Corinth. 8. &
"alibi.

Haec duo scripta non citantur Sandio, qui utriusque, Alciati & Francisci Davidis Scripta recenset. Memorat tamen hujus, Francisci nempe, Theses sedecim, quae diversae videntur a nostris.

3. *Valentini Gentilis Itali, Domini Jesu Christi Servi, de uno Deo Patre, de unius Dei vero filio & de Spiritu Sancto Paracleto, Catholica & Apostolica Confessio, ad Illustrissimum Dominum Simonem Wurstenbergerum, Gaij Praefectum dignissimum.*

Eandem hanc esse Confessionem, quam a Valentino Gentili sub falso Antwerpiae nomine, Lugduni editam 1558. testantur Ben. Aretius, libro citato, & hunc secuti *Baylius* & alii, non dubitamus. Non ultra 6. paginas cum dimidia implet in nostro Codice. Frustra in variis Bibliothecis, Genevae praecipue, diligenter perquisivi exemplaria typis edita libelli, quem forsan calamo exaratum unicum servat nostra Bibliotheca. Sic vero infit dedicatio opusculi:

"Illustrissime Praefecte, jussisti, ut quid-
"quid de Trinitate sentirem, breviter
"literis mandarem. Ego vero, etsi ea
"quaestio justum volumen requirit (ne-
"que enim potest res tanta parvâ pa-
"gellâ

"gellâ explicari) conabor tamen pro "viribus, ut pii omnes intelligant, ni"hil mihi prius aut antiquius esse, quam "ut Amplitudini tuae morem gererem, "simulque ut pateat meam fidem tum "a Scripturis canonicis, tum etiam a "Catholicis Symbolis ne latum quidem "unguem recedere.

4. *Valentini Gentilis Itali piae ac doctae in Symbolum Athanasii adnotationes.*

Binis columnis inscriptae sunt, alterâ Symbolum, alterâ Gentilis annotationes. Paginas 5. continent.

5. *Prothefes theologicae* 36. Prima sic habet:

" 1. Infinitum sive interminatum est "quodcunque nec originem omnino "habet nec finem. Duo autem infini"ta neque dantur, neque esse possunt.

Haec duo opuscula Confessioni Gentilis subjuncta fuisse in editione Lugdunensi testatur Aretius.

6. *Confutatio doctrinae Calvinisticae de Trinitate.*

Duas paginas continet, eodem Gentili autore.

7. Ad-

7. *Ad Johannem Calvinum & pios fratres Carmen.*

Eodem autore, quinque cum dimidia paginas implet. Sic incipit:

"Maximus errorum, quot sunt, quotque ante fuerunt
"Quot vel erunt, Calvine, tuus deprehenditur, error
"Qui tam praecipiti calamo describis in uno
"Tres residere Deos, Patrem, Verbum, & Paracletum
"Quis, quaeso, hic Deus est, qui tres complectitur unus?

8. *Simonis Wurstenbergeri, Gaiacensis Praefecti, Epistola latina ad Valentinum.*

9. *Valentini ad eam responsio, scripta in carceribus Arcis Gaiacensis* (Gex) *die* XXI. *Junii* 1566.

Autographam utramque existimo. In dorso haec a manu Praefecti inscripta sunt, germanice:

„Myn Simon Wurstenberger Anfor„derung und Begehren an Valentinus „Gentilis, samt der Antwort, so mir „gedachter Valentinus darüber gegeben „hat.

 Utramque

Utramque Epistolam edimus. Historiam totius negotii probe illustrant. Exprobrante Praefecto, quod Valentinus sibi Opusculum haereticum, nempe Confessionem, publice inscriptam, typis ediderit, respondet Gentilis, se inscio hoc factum, pluribus apographis illius Confessionis in varios locos dispersis.

10. *Invitatio, vel Provocatio, nomine Praefecti, ad Theologos Calvinistas, ut de dogmate Trinitatis contra Gentilem disputationem aggrediantur.* Excerptum ex hac Epistola, vel Invitatione, a Gentili composita, edidit tantum Aretius libro citato, quam hic integram damus. In dorso haec à manu Praefecti inscripta sunt:

„Dyser Zedul hat mir Valentinus Gen„tilis uff den 11. Tag Junius præsentie„ret, und an mich begehrt, selbigem stat „zu geben.

Gentilis qui candide errabat, & se veritatis defensorem, & vere christianum esse credebat, certamen pro Evangelio & Dei veritate contra Calvini dogmata subire paratus erat, ea conditione, ut quamlibet poenam pateretur, qui contra verba Sacri Codicis aliquid docuisse convictus esset. Evenit, quod aliter non evenire poterat; Gentilis, pro oblata disputatione, Bernam, ut litem haereseos subiret, abducitur, instigantibus, & rogantibus Genevensium Theologis. Perierunt Acta ejus judicii, quae inter Processus criminales, in scriniis nostris adservabantur. Manet memoria supplicii capitalis; & Codex

à nobis

à nobis recensitus. Aevum nostrum, ab illâ Calviniani Seculi regione alienum, improbat severitatem quae ab Evangelica illa charitate aliena esse omnibus sanae mentis Christianis agnoscitur.

Vide quae ex JOHANNIS HALLERI Chronico manuscripto, qui autor, inter Bernensis Ecclesiae Antistites clarus, iis rebus gestis interfuit, de Valentino Gentili excerpta infra subjunxi. Integras interim edimus, Epistolas Praefecti Gaiacensis & Valentini, quas nunquam typis prodiisse credimus. Doctrina Gentilis ex Epistola ad Praefectum satis aperta traditur, ut vel Confessionis vice fungi possit. Adjungimus Protheses illas a Gentili oppositas doctrinae Calvini, cum Provocationis formula, a Gentili transmissâ Praefecto Gaiacensi; ea mente ut publica disputatione certaretur de dogmatibus circa Trinitatem.

SIMON WURSTENBERGERUS
Gajensis Praefectus
VALENTINO GENTILI.

»Quintus jam agitur annus, Gentilis, »quod cum mihi per Indicium perspe»ctum esset te Dogmata agitanda pro»ponere, contra sanctum trinitatis my»sterium, quod nostri metuendi Prin»cipes firmiter tenent & credunt; No»stris reus carceribus constitutus es. »Quo intellecto & cognito a doctis hu-

"jus classis Ministris nostris, huc con-
"venerant ut me alloquerentur, rogan-
"tes ut jussu meo quid de trinitate san-
"cta sentires proponeres & tuae Do-
"ctrinae specimen praeberes ut sanctis
"scripturae testimoniis responderent,
"idque feci rogatus jussique ut quid
"sentires proponeres. Quodque sta-
"tim à te chartula aliqua factum est.

"Non multo post te liberato, qui-
"dam libellus à te editus nescio ubi
"excusus mihi tamen dicatus nostras in
"manus incidit quo accepto & viso no-
"men meum in eo scriptum legi cepi-
"que mirari, possent enim multi suspi-
"cari istum fuisse me impulsore editum
"libellum meque tecum consilium ce-
"pisse ut id fieret & tuae esse opinionis
"& huic haerere. Ut autem qualis sit
"codex intelligas de quo loquor ejus
"titulus talis est : *Valentini Gentilis*
"*Confessio Evangelica, theologiae pro-*
"*theses, piae ac doctae in symbolum*
"*Athanasii adnotationes*, & praefationis
"titulus continet : *ad praestantissimum*
"*Virum Dominum Simonem Wurstem-*
"*ber-*

"*bergerum Bernatem Gaji Praefectum* "*dignissimum*. Primum autem praefationis verbum est: "Jussisti Vir praestantissi-"me ut quid de Trinitate sentirem pau-"cis perstringerem, &c.

"Ergo multis nunc pulsus rationi-"bus a te quaero utrum eundem li-"brum mandato meo scripseris & ex-"cudendum curaveris. Et quare & "propter quem finem nomen meum "in eo legatur. Praecipue autem ut "dicas an tecum unquam in Vita ser-"mones contulerim, aut de eo allo-"quutus fuerim. Eo excepto cum te "quid de trinitate (ut dixi) sentires co-"ram ministris proponere, jusseram. "Quibus responsum peto utque infra "idem scribas & subscribas.

S. WURSTEMBERGER.

VALENT. GENTILIS Itali *Evangelicae pietatis assertoris, ad Quaestiones magnifici ac generosi Domini* SIMONIS WURSTEMBERGERI *Gaiensis Praefecti, simplex & candida responsio.*

„Magnifico ac generoso Domino gra„tiam & pacem &c. Retroscriptas „Quaestiones diligenter legi, syllaba„timque expendi. Quoniam vero Ma„gnificentia vestra mihi mandat atque „injungit, ut ad eas simpliciter respon„deam, meumque responsum mea „manu scriptum & subsignatum in ea„rum dorso apponam. Equidem, ut „fidelis Christi servus quanta id pote„ro simplicitate praestabo.

„In primo Capite retroscriptarum „quaestionum hoc inprimis contine„tur; nempe Magnifibentiam vestram „idcirco olim in suos carceres me con„jecisse, quia sibi per indicium fuerat „perspectum me contra sanctum trini„tatis mysterium dogmata agitanda „proposuisse. Ego vero generose Prae„fecte constanter nego, me quicquam

„unquam

„unquam scripsisse aut proposuisse con-
„tra sacrosanctum trinitatis mysterium,
„prout fuit a Domino Jesu Christo pa-
„tefactum, ab Apostolis praedicatum
„& a primaeva Ecclesia preceptum ex-
„positum ac declaratum. Fateor ta-
„men me scripsisse & proposuisse non-
„nulla contra eum Deum trinitatem
„qui a Joanne Calvino alio nomine di-
„citur, unica essentia distincta in tres
„personas de quo Deo ne unus quidem
„apex invenitur in universa scriptura.
„Quum igitur talis Deus incognitus
„fuerit patriarchis, prophetis, Christo,
„Apostolis & universae Ecclesiae pri-
„maevae, merito piis omnibus propo-
„sui, ut ejusmodi idolum e suis aedi-
„bus audacter ejicerent exploderent-
„que. Quod ad gloriam altissimi Dei
„& filii ejus Jesu Christi factum novi
„in multis regionibus, ex quibus deu
„portentosum figmentum a Satana per
„Babylonicos doctores excogitatum,
„ac supra altissimum Deum & Patrem
„Domini Jesu Christi evectum, peni-
„tus explosum & rejectum est. Spe-
„roque hic quoque idem propediem

 „even-

„eventurum, quum scriptum sit, om-
„nem plantationem, quam non plan-
„tavit Pater coelestis, eradicatum iri.
„Quod autem in eodem Capite legi-
„tur, magnificentiam vestram mihi
„mandasse, ut quid de trinitate senti-
„rem palam scriptis proponerem, ve-
„rissimum esse affirmo. Ideoque Glo-
„riae Dei & salutis animarum cupidus
„id bona fide praestiti. Tunc enim
„Evangelicam illam confessionem edi-
„di, quam vestro nomini inscriptam
„magnificentiae vestrae obtuli. Quo-
„niam autem nemo adversariorum au-
„sus est eam confutare nec me alicujus
„erroris arguere, merito sui tanquam
„vir probus & verae pietatis assertor a
„vestra magnificentia dimissus. Et
„quamvis nihil fuerit hac historia no-
„tius in universa Sabaudia & Gallia,
„tamen Joannes Calvinus in suo edito
„adversus me libello, ausus est assere-
„re, me coram magnificentia vestra
„fidem abnegasse. Qui libellus quum
„ex Genevensi Schola & Collegio pro-
„dierit, Generose Domine, facile in-
„telligere potes, quibus cum Ministris
„misero

„misero Gentili negotium fuerit: & „homine ab uno, difcere omnes. Haec „obiter, redeo ad rem. Paucis vero „post diebus, ne viderer olim è ditio„ne Dominorum Bernatum abiisse, se„mel atque iterum ad Magnificentiam „vestram redii, petens ab ea per Do„minum Rhodulphum Magnificentiae „ac sanctae Matronae uxoris vestrae, „fratrem germanum (is n. mihi fuit „interpres) ut mihi liceret aliò profi„cisci, ubi me alere possem. Quo „tempore praedictam meam Confessio„nem cum prothesibus & adnotationi„bus in Athanasium in unum libellum „congestam per eundem D. Rhodul„phum Magnificentiae vestrae obtuli, „atque petita & obtenta venia, abii, „meque aliò contuli.

„Secundum Caput Quaestionum, „Magnificentiae vestrae querimonias „continet. Doles n. magnam tibi esse „factam injuriam, quum praedictus „meus libellus sub tuo nomine typis „excusus in vulgus prodierit. Quam„obrem ut ab omni suspicione libera-

„ris apud eos, qui contrariam senten-
„tiam tuentes, possent in id calum-
„niam rapere, suspicarique te impul-
„sore esse factum, multas quaestiuncu-
„las simul solvendas mihi proponis,
„quarum summa haec est; utrum ego
„meum illum libellum jussu tuo & sub
„nominis tui titulo typographo excu-
„dendum tradiderim.

„Ad hanc tertiam quaestionem Ma-
„gnifice Domine candide & ingenue
„respondeo. Absit n. ut qui pro ve-
„ritate tuenda sua sponte accesserim,
„quicquam mentiar. Fateor itaque
„quum jam olim in hisce custodiis de-
„tinerer, jussu Magnificentiae vestrae
„Confessionem illam scripsisse, eamque
„mea sponte eo titulo insignisse; non
„tamen ut vel Magnificentiae vestrae
„existimationem & autoritatem dimi-
„nuerem augeremve, neque ut inde
„Evangelicae veritati quicquam nervi
„accederet (Evangelica n. veritas per
„se potentissima est, nec ullius huma-
„ni praesidii indiget) sed quia scriben-
„di ratio sic postulare videbatur. Huc

„accedit

„accedit, quod si, ubi primum à me
„oblata tibi fuit tali titulo insignita
„Confessio, de ea re mecum expostu-
„lasses, equidem è vestigio titulum il-
„lum ex ea delevissem, neque ulterius
„passus fuissem, nomen tuum in scrip-
„tis inveniri meis. Veruntamen quia
„tunc temporis nihil de ea re conque-
„stus fuisti, nec me vel uno saltem
„verbulo admonuisti, ne ejus Confes-
„sionis describendae copiam aliis face-
„rem, equidem omni prorsus culpa
„careo, si postea Joannes Paulus Al-
„ciatus (qui Magnificentiam vestram
„invisit, & cum ea Gaji collocutus est)
„plura inde exempla desumpserit, ea-
„que huc illuc spargenda curaverit.
„Facile n. fieri potuit, ut in tanta
„exemplorum copia aliquis Chalco-
„graphus veritatis promovendae cupi-
„dus tam pusillum libellum ediderit.
„Illud enim coram Deo testor, me
„tam typographum quàm ipsius typo-
„graphiam, ubi meus libellus fuerit
„excusus, prorsus ignorare. Adde,
„quod non libellus, sed brevis tantum
„illa Confessio quae in eo continetur.

„tibi dicata est. Quare si tot à me ad-
„ductae rationes dolorem tuum lenire
„non poterant, ego palam confiteor,
„& clara voce pronuncio, Magnificen-
„tiam vestram de meo libello excu-
„dendo nec unquam mecum sermones
„contulisse, nec ullo alio pacto me al-
„locutum fuisse. Et tamen assero in
„ea re neque à me neque à typogra-
„pho fuisse peccatum. Quis n. aude-
„bit id opus damnare, aut peccatum
„esse asserere, quod in Altissimi glo-
„riam & Electorum salutem cesserit?
„Siquidem per pusillum illum libellum
„Deus permultos in Transylvania,
„quamplurimos in Polonia & innume-
„ros in Lithuania ad veram sui & Jesu
„Christi cognitionem perduxit. Ut in-
„terim taceam tot Italos & Gallos a
„Sophistarum fermento synceros, qui
„Calviniaui idoli exclusionem per hu-
„jus Controversiae decisionem avidissi-
„me expectant. Itaque si vel ipsemet
„typographiae interfuissem, aut ipsi
„typographo libellum excudendum
„tradidissem (quod tamen factum fuisse
„nego) non propterea Magnificentia
„vestra

„vestra mihi succensere deberet, nec „ullo dolore affici. Neque n. decet „christianum virum Evangelicae veritatis pudere aut ea foris damnare, „quae domi improbare non sit ausus. „Caeterum si haeretica esset Confessio „mea, tunc expostulatio tua justum „haberet praetextum; sed quia vere „pia est & orthodoxa, nihil est quod „Magnificentia vestra praetexat, nihil „quod doleat. Quod autem vere pia „sit, vel hoc unum tibi certo indicio „esse poterit, quod sponte huc accesserim, paratus (Deo sic mihi mandante) pro ea tuenda mori, crucifigi, in ignem conjici, in rota poni, „& denique omnia extrema pati.

„Alterum quoque habes indicium „minimè contemnendum, quod formidabiles isti Gigantes hisce versutiis „subterfugia captant, detrectantes in „arenam descendere. Neque n. id „abs re faciunt. Quis n. audebit adversus Altissimum Deum & Patrem „Domini nostri Jesu Christi aperto „Marte pugnare? Equidem ut omnes

„pii

Num. C. Secali

„pii intelligant, me relictis umbris ip-
„sissimam veritatem amplecti, totius
„Controversiae summam in duo bre-
„vissima Capita contuli: nempe inter
„Altissimum Deum & Christum distin-
„ctionem esse; contrà vero inter Altis-
„simum Deum & Patrem Jesu Christi
„nullam esse distinctionem, sed Syno-
„nymiam. Quae duo Capita quum
„sint christianae Religionis basis & pe-
„tra solidissima, certum est, quotquot
„cum Joanne Calvino ea pernegant,
„non Domini Jesu Christi, sed Satanae
„esse discipulos. Et sanè, nisi Altissi-
„mus Deus & Pater Christi essent Sy-
„nonyma, neque Christus esset filius
„Dei Altissimus, neque Altissimus Deus
„esset Pater Christi: & consequenter
„falsa fuisset Apostolorum praedicatio,
„falsa esset christiana Religio, falsum
„denique Evangelium, quo jubemur
„credere & confiteri, Christum esse
„Filium Dei Altissimi; qui non est nec
„potest esse persona. Hoc uno solidis-
„simo principio concesso, quo sublato
„tota christiana Religio perit, in cae-
„teris omnibus, quae ad Christi maje-
„statem

„statem & dignitatem tuendam spe-
„ctant, modo huic fundamento non
„repugnent polliceor me cum omni-
„bus Sabaudiae & Galliae ministris,
„bona fide sensurum. Utinam D. Be-
„za, ut est praeceptore suo longe do-
„ctior atque eruditior, ita & candi-
„dior esset: Certè solus ille verus à
„seipso Deus, & verus Christus, in
„quorum cognitione sita est vita aeter-
„na, statim à cunctis amplecteretur;
„atque expulsis idolis omnia in Eccle-
„sia essent tuta & tranquilla. Altissi-
„mum Deum oro per unigenitum fi-
„lium suum, ut tanti viri pectus ita
„spiritu fidei & veritatis perfundat, ut
„Calvino prorsus relicto, post hac
„unum Magistrum Christum sequatur.
„Amen.

„Haec Magnifice Domine, quae ad
„verae pietatis cognitionem & Catho-
„licae Ecclesiae pacem faciunt, te sum-
„mo animi studio spectare oportet,
„nec ingemiscere quòd nomen tuum
„in Evangelica mea Confessione lega-
„tur. Pii n. viri, non quae sua, sed
„quae

„quae Dei & Chriſti & Eccleſiae ſunt, „quaerunt. Pius quoque Magiſtratus „debet eſſe veritatis & innocentiae non „oppugnator, ſed propugnator. Haec „ideo dico, ut permoleſtos iſtos culi„ces, qui aſſiduè veſtris auribus ob„ſtrepunt, perpetuò valere ſinas. Iſti „n. pro vero Deo ventrem colunt & „tuentur, ideoque tibi & hominibus „ſerviunt, non Deo. Qui vero ſplen„didiores ſunt, aliud Evangelium in„veniant oportet, ſi Calvini ſenten„tiam tueri velint. Neceſſariò n. con„ſequitur, ut qui alium Deum inve„nerunt, qui non eſt Pater Domini „Jeſu Chriſti, & alium Chriſtum qui „non eſt vere & proprie Filius Dei, „aliud quoque Evangelium ubi haec „impia dogmata contineantur, inve„niant. Novum ergo Evangelium pro„ferant, ſi ſententiae meae oppugna„tores eſſe volunt: nam hoc, quo ha„ctenus uſa eſt Eccleſia Dei, totum „pro me facit. Hinc eſt quod vaniſ„ſimi iſti Goliathae jam unico ſolidiſ„ſimae petrae ictu ita proſtrati & de„jecti, ut amplius ſurgere non valeant,

„quaerunt

„quaerunt me per istas ambages per-
„dere. Quare etiam atque etiam vi-
„de, ne quid in eorum gratiam com-
„mittas, quod persona, quam sustines,
„indignum sit. Non me vilissimum
„terrae vermiculum, sed eum cujus
„causa sic agitur, respicito. Ille, ille
„me misit, ut testimonium ferrem ve-
„ritati, qui infirma mundi eligit, ut
„fortia confundat; & ea quae non sunt,
„& quae esse videntur, destruat. Vae
„illis, qui ejus voluntati resistere co-
„nantur. Haec Magnificentia vestra
„boni consulat, velim: verum e.n. est
„illud, ubi Spiritus Domini, ibi liber-
„tas. Nihil adversariorum Sinonia
„consilia timet qui se summo Deo cu-
„rae esse pro certo novit. Si placue-
„rit uni illi Altissimo, cui servio in
„spiritu meo, ut, per Confessionem
„Eminentiae ipsius in aliquo tetro car-
„cere aut profunda caliginis nocte pe-
„dore & situ tabescens, mortem op-
„petam, aut aliquo alio modo extre-
„mum vitae diem claudam, fiat bona
„& sancta voluntas ejus, sit sanctum
„nomen ejus benedictum in secula.

„Equidem ad omnia paratus sum, mo„do Altissimus Deus, & Filius ejus „Dominus noster Jesus Christus in me „glorificetur.

„Hactenus Magnificentiae vestrae à „me responsum est propositis quaestio„nibus. Nunc à Magnificentia vestra „peto & humiliter postulo, ut jubeas „dari mihi exemplum tam retroscripta„rum quæstionum vestra manu signata„rum, quam hujus meae responsionis „mea manu scriptae & subsignatae, „item, exemplum alterius mei scripti à „me Magnificentiae vestrae oblati, in „quo continentur ea praecipua Contro„versiae Capita, quae contra meos ad„versarios tuenda suscepi. Quae quidem „exempla propter Altissimi Dei glo„riam decrevi cum meis literis ad Illu„strissimos & potentissimos Principes „Bernates mittere, eosque de toto hu„jus Controversiae statu certiores red„dere. Digna est n. Causa, quae sum„ma diligentia fide & integritate tra„ctetur, nec in hujus arcis angulo sed „in propatulo agatur. Peto praeterea

„restitui

„restitui mihi omnia mea scripta, fieri „mihi copiam papyri, quò possim ad „omnes Vestros Ministros scribere, & „signanter ad Ecclesiam Italicam, quae „est Genevae. Inprimis concede mihi „nuncium, quem Lugdunum ad pios „fratres mittere valeam. Et denique „ut aditus ad me cunctis pateat, qui „voluerint mecum, ex Verbo Dei de „vera Trinitate conferre. Nam Ma„gnifice Domine (cum R[tia] dictum sit) „summi Patris eminentiae patronus, „nullum adhuc habens oppugnatorem, „contra omne jus & aequum a Chri„stiano Magistratu in custodiis detine„tur: praesertim quòd mea sponte huc „accessi, nec me reum, sed Evangelii „fundamenti publicum assertorem con„stitui adversus omnes Satanae satelli„tes, qui illud versutiis suis evertere „conantur. Quae omnia quum justa „sint & honesta, nisi à Magnificentia „vestra re ipsa intra biduum praesten„tur, ad vere pios & prudentes Prin„cipes Bernates, atque ad Ecclesiam „Basiliensem appello; imo ex hac ho„ra appellatum volo. Non tamen ut

„me ulli humano judicio submittam,
„sed ut de tanta Controversia judicium
„fiat ex simplici Verbo Dei. Datum
„in Carceribus arcis Gajensis die XXI.
„mensis Junii MDLXVI.

Indignus Jesu Christi Servus
V. GENTILIS Italus,
Evangelicae veritatis publicus Assertor.

Ignosce quaeso, benigne lector, si te frequentes additiunculæ remoratæ sunt. Nam mihi assiduo capitis dolore laboranti, non statim omnia in promptu occurrerunt: & papyri copia denegata fuit. Vale.

Domini JOANN. CALVINI olim Genevensis Ecclesiae Episcopi, de Altissimo Deo & Dei filio Jesu Christo Dogmata.

„*Primo*, asserit Altissimum Deum esse „Christum.

„*Secundo*, asserit Dominum nostrum „Jesum Christum esse filium Dei „Altissimi; non tamen simpliciter, „hoc

„hoc est, vere & proprie, sed (ut
„ipse loquitur) respectu personae.

„*Tertio*, negat Altissimum Deum &
„patrem Domini nostri Jesu Christi
„esse synonyma.

His Calvini dogmatibus Valentinus Gentilis Italus seqnentes protheses opposuit, quas frequenti Senatui Gaiensi ultro obtulit, nihil metuens capitis periculum subire, nisi eas claris Scripturae testimoniis adversus omnes adversarios defenderit.

GENTILIS *protheses Calvinianis oppositae.*

„Altissimus ille Deus, quem nemo unquam mortalium vidit, nec videre potest, non est λόγος ille qui in plenitudine temporis apparuit in vera, & naturali carne, in qua ab hominibus visus palpatus & contrectatus fuit; sed est verus proprius & naturalis pater τȣ λόγȣ incarnati J. Christi.

„Dominus noster Jesus Christus est vere & proprie Filius Dei Altissimi absque ullo respectu personae. Quod nomen (teste doctissima Valla) tam convenit Deo, quam bruto.

"Unus ille Altissimus, qui est sine "ullo autore genitore capite principio "& origine, & PATER Domini nostri "Jesu Christi sunt synonyma.

V. GENTILIS Italus Evangelicae veritatis assertor.

"Universis & singulis Ecclesiarum Pa-"storibus, Doctoribus, Diaconis & Se-"nioribus, qui passim in Gallia & Sa-"baudia evangelicam pietatem profi-"tentur, has nostras literas inspecturis "lecturisve salutem & pacem in Domi-"no. Lectis ac diligenter expensis su-"pra scriptis inter se oppositis proposi-"tionibus, audita quoque Valentini "Gentilis Itali perquam justa petitione, "nempe ut de re tanta judicium fiat ex "simplici verbo Dei, visum est magni-"fico Domino Simoni Wurstemberge-"ro Gaii Praefecto utriusque assertoris "dogmata in varia Galliae & Sabaudiae "loca, praesertim Genevam & Lugdu-"num transmittere. Ut si quis Domi-"ni Calvini discipulus voluerit praecep-"toris sui sententiam tueri, possit in-

"tra

"tra hebdomadam Gajum accedere, ea "conditione cum Gentile congressurus, "ut, nisi quisque assertiones quas tuendas susceperit, ex aperto Dei verbo "veras esse demonstret, sit tanquam "manifestus impostor & falsae religionis assertor capitis poenam luiturus. "Quod si nemo ad praescriptum tempus comparuerit, magnificus Dominus Praefectus, cum universo Senatu "Gaiensi, uti par est, clare pronuntiabit, praefatum Gentilem de Altissimo "Deo & Filio ejus Jesu Christo pie & "orthodoxe sentire.

Ex HALLERI *Chronico MS.*

"Auf den 19. Julii ward VALENTINUS GENTILIS ein Neapolitaner gefanglich hergebracht, vom Landvogt von Gex überschickt, welcher der neuwen Arrianischen "lehr ein fürnemmer Lehrer was, die da laugnet der Sohn dem Vater in der Gottheit "glych, und mit Gott dem Vatter ein Gott "syn, sonder wellend drü underscheidne und "ujglyche wäsen in der Gottheit han, haltend allein den Vatter für den einigen "wahren und höchsten Gott, laugnend auch "die Communicationem Idiomatum, in der

„Person Christi, und anders, dieser was
„auch vornocher zu Genf gefangen g'sin,
„hat allda widerruft, wie das gedruckt büch-
„lin von ihm zeiget, was aber über gethä-
„nen Eidt us der Statt gangen, hat sin a te
„Confession und Irrthum auf ein neuwes in
„truk lassen ußgahn, samt der gottlosen wi-
„derlegung und verwerfung des Symboli
„Athanasii, und hat solches dem Landvogt
„von Gex Hr. Simon Wurstenberger, als
„ob es durch Ihn befohlen zu schryben, de-
„diciert, und zugeschriben, und hiemit ihm
„und einer Statt Bern ein sämlichen schand-
„flecken uf den Ermel gemahlet; darüber
„was in Poland, Litthauw, auch Siben-
„bürgen und Ungern gezogen, daselbs vil
„unrahts und unfridens samt anderen sei-
„nes glichen angrichtet; Als er aber dadan-
„nen vertriben, nit wußt, wo er mehr hin
„solt, kam er wider in diese Land gan Gex,
„daselbst er vom Landvogt behändiget, und
„uf befelch Meiner Herren har geferggет
„ward; da vil mit ihm gehandlet ward
„auch durch Herr Theodor. Bezam von Genf,
„der äben dieser zeit harkam, aber alles ver-
„gäben; Als er nun beharriglich uf seiner
„lästerung fürfuhr, auch etliche bücher hin-
„der ihm funden würdend, die Er an den
„König von Polen von dieser Käzerey ge-
„schrieben, und sonst nit unglehrt was, ward
„er in anßähen sines vorgehenden und nit

„gehaltnen

„gehaltnen auch überſachnen Eidts zu Genf, und daß er zu Gex, und hernach in Poland „gehandlet, damit er der Kirchen Gottes „keinen ſchaden mehr thun möcht, uf 9. „Septembris diß Jahrs, als er bis an ſin end „leſteret, mit dem ſchwärt grichtet: Sin „handlung iſt durch M. Benedictum Aretium „beſchriben, und in Truk vſgangen.

438. fol. Codex membran. X.

Gregorii Magni Expoſitiones morales in Jobum.

Deeſt Praefationis initium; Codex definit in Libro XXIII. & Capite 33. Jobi; caetera deſunt.

Scriptura Codicis nitida. Diviſio librorum diverſa ab editis. Textus S. S. non per Capita, ut in editis, ſed per verſus diſtinguitur.

449. 4to. Codex chartac. XV.

Continet hic Codex, praeter Juliani Imperatoris convivium, & libellum de Regno, Opuſculum graecum eodem charactere, quo illa, exaratum, hoc titulo:

Ἱστορίαι τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, ὧν ἐμνήσθη ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις.

Excerpta nempe traduntur quaedam ex Scriptis Gregorii Nazianzeni, cognomine Theologi, & brevibus commentariis illuſtrantur. Non ultra triginta pagellas progreditur

hoc opusculum, de quo nihil reperimus in Fabritii Bibliotheca graeca. Maxima pars eorum circa historiam & mythologiam Graecorum versatur. Speciminis gratia primum locum Gregorii describere lubet, subjuncto commentario.

„Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τοὺς Μακκαβαίους.

Ex Gregorio. Ἡ μαςὸν παρεδείκνυ καὶ τροφῆς ἀνεμίμνησκε.

Commentarius. Τὰ τοῦ Ὁμήρου δὲ οἶμαι ὁ Θεόλογος ἐνταῦτα ἐμιμήσατο, ἐν οἷς ἐκεῖνος ποιεῖ τὴν βασίλισσαν ἑκάβην, τὸν ὑὸν αὐτῆς ἕκτορα, ἑκούσιον ἔξω τοῦ τοίχους ἀπολειφθέντα καὶ μέλλοντα τῷ ἀχίλλει συμπλέκεσθαι παρακαλοῦσα εἰσελθεῖν καὶ σωθῆναι.

Λέγει δὲ καὶ οὕτω πῶς ὁ ποιητής;

Μήτηρ δ' αὖ ἑτέρω θ' ὠδύρετο δακρυχέουσα
Κόλπον ἀνιεμένη, ἑτέρηφι δὲ μαζὸν ἀνέσχεν
Ἕκτορ τέκνον ἐμὸν τηῦτ' αἴδεο, καὶ μ' ἐλέησον
Αὐτὴν εἴποτε τοι λαθικηδέα μάζον ἐπέσχον
Τῶν μνῆσαι φίλε τέκνον.

Prosequitur commentator, & versus Homeri citatos, ex Iliadis Libro XXII. interpretatur. ©

N. 31. 4to. *Roldolph Gualteri* **Predigten.**

Notissima sunt hujus Scripta. Tigurinus erat, claruit tempore Reformationis Helveticae. Inter has conciones exstant quinque de Pontifice Romano, quem Antichristum esse contendit.

Num.	G.	Seculi
298. fol.	Codex membran. olim Bongarsii & antea Petri Danielis.	XIII.

Guilelmi Gemmeticensis de Normannorum gestis Libri VIII.

Scriptura Codicis nitida, prodiit opus inter Cambdeni Scriptores rerum Britannicarum, anno 1602. & postea edente Duchesne, inter Scriptores Normannos.

Huic operi subjunctum est, continuatâ paginâ & ab eadem manu scriptum aliud, nempe

Vita Karoli Magni Regis Francorum & Imperatoris Romanorum, quae tribuitur Eginhardo; edita variis vicibus, nuper in Recueil des Historiens de la France, Tome cinquième. Desunt ultimae lineae quinque.

H.

314. 4to.	Codex membran.	XII.

Epistola Hieronimi ad Eustochiam Virginem.

Inquisitio de anima, ubi anima corporea esse asseritur ex Sacra Scriptura.

Hieronimi Expositio in Epistolam Paulli ad Philemonem.

Hieronimi in Epistolam ad Romanos quaedam.

Codex

Num. *H.* *Seculi*

93. fol. Codex membran. *X. ineuntis*

B. Hieronimi & aliorum ad eundem Epistolae 57.

NB. Ordo diversus ab editis.

Hierosolimitana Bella.

111. fol. Codex membran. *XIII.*

Continet praeter alia multa:

Roberti Monachi historiam Belli Sacri.

Breviter jam hoc opus indicatum nobis Tomo 2. pag. 364. Notaverat Bongarsius in Praefatione ad gesta Dei (qui nostro Codice usus est) fragmentum ex Fulcherio Carnotensi asssutum esse *Roberto.* Huic narrationi in nostro Codice praemittitur Epistola Imperatoris graeci (Alexii nempe) ad Robertum, Comitem Flandrensem. & reliquos Principes christianos, quam scripsisse videtur ante expeditionem sacram, exhortatoria est, ad expellendos hostes fidei christianae. Suppositiam esse hanc Epistolam comprobat rerum gestarum memoria. Alexius enim Comnenus, tantum abfuit ab illo consilio, evocandi Principes christianos, ut potius omnimodis dolis & artibus eam expeditionem labefactare tentaverit. Figmentum itaque videtur cujusdam Latini Scriptoris; praemittitur Praefatio, cujus primae lineae sic habent:

„Hoc Exemplar Epistolae quarto anno „ante gloriosum Ierosolymitanum iter „a Constantinopolitano Imperatore

„omni-

„omnibus Occidentis Ecclesiis dire-
„ctum est; praecipue tamen Flandrensi
„Comiti Roberto. Ipse enim Comes
„jam redierat a Sepulcro Domini in
„baculo & pera, in quo itinere se vi-
„derunt & affabile atque amicabile col-
„loquium ad invicem habuerunt.

Scelera Turcarum vel Sarracenorum fuse describit haec Epistola, ubi inter alia haec ridicula leguntur:

„Totius ętatis & ordinis viros, id est
„adolescentes, juvenes, senes, nobi-
„les, servos, & quod peius & impu-
„dentius est Clericos & Monachos, &
„heu pro dolor, quod ab initio non
„*dictum* neque auditum est Episcopos
„Sodomitico peccato deludunt &
„etiam unum sub hoc nephario pec-
„cato jam *crepuerunt*.

Alibi haec leguntur:

„Sanctissimum Imperium christiano-
„rum Graecorum angustatur fortiter a
„*pincinatis* & Turcis cotidie.

Ubi quid illa vox, *pincinatis*, sibi velit nescio.

Num.	H.	Secul.

Hierosolymitana.

115. fol. Codex membran. olim Puteani. XIII.

Hic etiam Codex pertinet ad Classem historicam & operis nostri Tomum II. Continet opera historica duo, quorum primo, a manu recentiori, Seculi nempe XV. hic titulus praemittitur:

1. *La destruction de Jherusalem faicte par Salhadin après la mort Godeffroy de Bouillon, & comme plusieurs Empereurs & Princes de France prindrent Constantinople & la Cité de Damiete.*

His verbis incipit:

„Oes & entendés comment la terre de „Jherusalem & la Sainte Crois fu con„quise sous Sarrasins des Crestiens.

Post brevem narrationem de Godefrido Bullonio, & Balduino fratre ejus, & liberis, de Templariorum Equitum origine & fundatione agit.

Deinde res a Christianis in Oriente gestas tradit, & in anno 1227. desinit.

Quanquam diversum sit hoc opus ab illo, quod Tomo II. pag. 367. recensui, multa tamen reperi, quae congruunt, v. g. illam narrationem de Joanne Briennensi, & Friderico Imperatore, quam excerptam dedi loco citato pag. 374.

Folia

Folia LXX. vel pag. 140. implet hoc opus, ubi in fine, forsan a manu Puteani, adscripta sunt haec:

„Il semble que ce Livre ait esté fait „du tems du Regne de Saint Louis au „commencement.

2. Alterum opus hujus Codicis, cujus Scriptura cum priori eadem est, hunc fert titulum, sed a manu Seculi XV. adscriptum.

„*Comme Charles le Grans conquist Gal-„lice.*

Prima littera picturis inauratis decoratur; Prologus praemittitur, qui sic habet:

„Voirs est que plusior ont oi volen-„tiers & orront encore comment Kar-„lemaigne conquit Gallisee. Mais que „li autre aient osté ne mis ci poés oir „la verité. L'Espaigne selon le latin „de l'istoire que li queus *Renaus de Bo-„loigne* fist par grant estude cerquier „& quere es livres a Monsignor Saint „Denise pour refrescir es cuers des „gens les oeures del boin Roi & ce „non. Le fist on en romans transla-„ter a XII - C. ans & VI (1206) de „l'incarnacion estant Felipe le boin „Roi de France & Loey sen fil. Et

„pour

„pour cou que rime se volt essaicier de
„mos concuellois hors distoire, volt
„li *Quens* que cis livres fust fais sans
„rime selonc le latin de listoire que
„*Turpins* li Archevesques de Rains
„traita en escrit tout comme il le vit
„& oi.

De suppositítia historia, quae Turpino Archiepiscopo tribuitur, jam diximus, Tomo II. pag. 53.

Unum idemque est opus cum illo, sub No.41.

Congruit plerumque cum Chronici S. Dionysiani Libro 4. & 5. Vide Scriptorum Franciae a Benedictinis Congreg. S. Mauri Tom. V.

633. 4to. Codex membran. olim Petri Danielis. XIII.

Epistolarum Hildeberti Cenomanensis Episcopi Fragmentum.

Ex his una ad Sugerium Abb. S. Dionysii. Epistolas & reliqua Hildeberti opera edidit Ant. Beaugendre, Ord. S. Bened. Monachus. Vide Cavei Hist. Scriptor. Ecclesiast.

580. 4to. Codex membran. XIII.

Ejusd. Epistolarum Fragmentum aliud.

B. 32. Codex membran. partim chartaceus. XIII. & XV.

Horae, Orationes, Breviaria.

Codex

Num.	I.	Seculi
453. 4to.	Codex chartac.	XV.

Continet inter alia:

Tractatum Magistri Jordani de praerogativa Imperii Romani.

Ejusdem tractatum de translatione Imperii ad Germanos.

Paucis pagellis absolvuntur isti tractatus. De Magistro Jordano disseruit Cas. Oudinus Scriptor Ecclesiast. Tomo III. pag. 626. Scripsisse traditur circa tempora Rudolphi I. Habspurgici Imperatoris.

In nostro vero Codice praemittitur Epistola quaedam ad Pontificem Romanum scripta, hoc titulo:

„Memoriale Domini Reverendi de Columpna Sanctae Mariae in via latâ „Diaconi Cardinalis, de praerogativa „Imperii Romani.

Opus Jordani editum fuit & alias, & a Sim. Schardio in collectione quadam Scriptorum hujus argumenti. Quae vero hic praemittitur Epistola Cardinalis de Columna, sic incipit:

„Mentes hominum divinis informatae „virtutibus omnem arrogantiam, omnem adulationem naturaliter despiciunt.

Aetatem operis indicant haec ex eadem Epistola:

„Nuper itaque vacante Sede post mor-
„tem Sanctissimi Patris Nostri N. Pa-
„pae III. dum ego indignus peccator
„in civitate Viterbiensi Sacramentum
„corporis & sanguinis Domini nostri
„J. C. conficerem, habui prae mani-
„bus librum mihi utique ad hoc de
„Capella Romani Pontificis commo-
„datum. Et cum ad illum locum Ca-
„nonis pervenissem ubi Sancta Ecclesia
„Catholica orare consuevit pro Anti-
„stite & pro Rege ac aliis orthodoxis,
„memoriam quidem inveni Antistitis
„ut oportuit, sed *Regiae dignitatis* me-
„moriam non inveni. Neque hoc ca-
„su vel Scriptorum negligentiâ factum
„esse arbitror, cum eundem defectum
„in libris Religiosorum & Secularium
„Clericorum tam in urbe quam extra
„similiter invenissem. Quo viso ve-
„hementer obstupui recogitans quali-
„ter olim cum auferendum esset vetus
„Sacerdotium & novum inchoandum,
„illi qui tunc esse debuerunt peculia-
„ris populus videlicet Judei & eorum
„summi

„ſummi Sacerdotes ad eam devenerant „dementiam ut peccatis ſuis exigenti„bus in paſſione filii Dei veraciter poſ„ſent dicere, *Regem non habemus* nec „Caeſarem. Eodem modo timui & „timeo *credendum*, Eccleſia Romana „ad eum ſtatum perveniet ut etiam „poſſet dicere, Regem non habemus „nec Pontificem ".

Et in fine haec:

„Hinc eſt quod ego quamvis penitus „inſcius & inexpertus cum verecundia „& tremore offerre praeſumo domina„tioni veſtrae Pater Sancte quoddam „ſcriptum Viri doctiſſimi & venerandi „Magiſtri Jordani *Canonici Osnabru*„*genſis* quod ipſe ad petitionem quo„rundam amicorum ſuorum de prae„rogativa Imperii Romani edidit.

Pontifex ille N. III. videtur intelligendus Nicolaus III. qui obiit anno 1280. quo tempore Cardinalis occaſionem ſibi natam de hac materia cogitandi narrat. Diſputatum fuit de aetate Jordani; omne dubium tollet haec obſervatio.

Num.	I.	Seculi

466. 4to. Codex membran. XII.

Post vitam B. Mariae Egyptiacae, de qua dictum Tomo I. pag. 85.

Fragmentum ex Isidori Originum, seu Etymologiae libris.

225. fol. Codex membran. XII.

Ivonis Carnotensis Epistolae.

470. 4to. *denuo.* Hic Codex nitide scriptus desinit in Epistola Ivonis ad Radulphum Turonensem Episcopum.

De Ivone, Carnotensi Episcopo, Seculi XII. Scriptore, vide Caveum, Oudinum, & alios.

M.

Miscellanea.

557. 4to. Codex chartac. olim Bongarsii. XVI.

Marci Paulli Veneti Itinerarium, Italice.

In capite haec adscripserat Bongarsius:

„Bongars, de la Courtoisie de Mr. An-„cel, de la Biblioteque de Mr. de Vul-„cob.

Hunc Codicem Bongarsius cum Editione Marci Paulli, quae in Collectione Itinerum Venetà exstat, contulerat. Paucis abire videtur ab editis.

Codex

Num.	M.	Seculi

Miscellanea.

65. fol. Codex chartac. olim Bongarsii. XV.

Genealogia Regum Francorum, a prima gentis origine ad annum usque 1316.

Titulus praemittitur hic:

de origine prima Francorum.

Autor se hoc opusculum scripsisse testatur in Praefatione, anno Incarnationis 1320. mense Majo.

259. fol. Codex chartac. XVI.

Lettres, Edits, des Roys de France.

Regis Francisci nomen hic saepe oscurrit. Ad usus eorum, qui in Regiis scriniis Scribarum officia gerunt, hae formulae conscriptae fuisse videntur.

186. Codex membran. olim Bongarsii.

Privilegia urbis Bruxellarum linguâ Batavâ, sive *Constitutiones variae,* additis annorum numeris. Circa annum 1342. fere omnes, quod etiam est aevum Codicis.

272. fol. *Ambassade de Jehan de Selve, premier President au Parlement de Paris, & de l'Archevesque d'Ambrun pour la delivrance de François I. avec le Traité de Cambray de 1529.*

Sequuntur varia Acta publica ad idem Regnum Francisci I. pertinentia; item

Relatian de l'exécution du Chancelier d'Angleterre Thomas Morus.

NB. Cette Ambassade, la premiere piece du MS. est citée parmi les MS. de la Bibliotheque Royale, par le Pere le Long.

A. 59. Codex membran. XVII.

Instructio Praefecto Provinciali Veneto, nomine Tomaso Casadrello; pro regenda Provincia Portolle, data 1601. Italicâ linguâ.

Haec sunt ultima Codicis verba;

„Jurasti honorem & proficuum Do„mini nostri, eundo, stando & re„deundo. Datum in nostro domini„cali Palatio die VII. Martii 1601.

260. fol. Codex membran. olim Celestinorum de Metis, dein Bongarsii, continet praeter XIV.

Chronicon Alberti Argentinensis vel Mathiae de Nuwenbourg, de quo nobis fuse dictum, Tom. I. pag. 516. seq. Opera varia, quae hic breviter recensere lubet, nempe; post Calendarium Sanctorum, sequentia, a Fol. I ad XIV.

Catonis disticha moralia cum glossa amplissima.

Sequun-

Sequuntur

Dicta Salomonis, *& varia de philosophis antiquis & eorum dicta*, usque ad folium XXV.

Sequitur opusculum hoc titulo:

Speculum Sacerdotum & Ecclesiae, usque ad folium XXXI.

Sequitur

Opusculum de quatuor virtutibus cardinalibus, a Fratre Johanne Galen. S. Theol. Doctore, Ordinis Fratrum Minorum, ad Folium usque XLIII.

Sequitur *Liber Secreti Secretorum Aristotelis ad Alexandrum*, usque ad fol. LI.

Sequitur *Liber de homine*, *& de physiognomia*, *quem transtulit Magister Philippus Tripolitanus*; usque ad fol. LX.

Sequitur, *Summa Magistri Gotefridi*, *Viterbiensis*, *de creatione*, *de homine*, *de historia V. & Novi Testamenti & variis*, usque ad fol. LXXXVI. praemissa praefatione autoris ad Papam Urbanum II. quae deest in editione Pistoriana Chronici Godefridiani. Desinit autem in historia J. C.

Sequitur *Epistola Sanctae Hildegardis ad Colonienses, de futura tribulatione Seculi, it. Prophetiae ejusdem Sanctae Hildegardis de quinque futuris temporibus; item Excerptum de eisdem quinque temporibus de alio S. Hildegardis qui vocatur liber divinorum operum*, usque ad fol. C.

Sequitur *Kathalogus Paparum post tempus Friderici I. Imperatoris usque ad annum* 1287. subjuncta serie Imperatorum a Henrico VI. ad Rudolphum I. usque ad fol. CI.

Sequitur *Capitulum de Sibilla Prophetissa.* fol. CI.

Sequitur *tractatus de quatuor Elementis, & de quatuor complexionibus corporis humani*; a fol. CII. ad CXI.

Sequitur *Opus de orbe & ejus divisione, ac regionibus tocius mundi*, usque ad CXXXIV.

Sequitur Carmen germanicum, hoc titulo:

von den zwey Johansen; das hat getichtet klein Heintze Grave Albrechtes

brechten von Hohen Burg Kuchinmeister. usque ad CXXXVII.

Sequuntur *Alberti Magni varia de natura hominum, quorum primum caput, de proprietatibus aurium,* usque ad CXLIV.

Sequuntur *varii tractatus, de septem regionibus aëris, de elementis, de natura animalium,* usque ad fol. CLXXI.

Sequuntur *Legendae quaedam, germanice.* ibid.

Sequitur, **Gebet von unser Frauen, wer es sprichet der het XL Tage ablaz.** Nempe: *Oratio de B. Virgine, quâ perorata* XL *dierum Indulgentiam habebis.*

Sequitur *Benedictio bona ad oculos;* ibid. latine.

Sequitur *Cronica Martini de Gestis Summorum Pontificum & Imperatorum;* a fol. CLXXII. ad CCXXXI.

Definit in Johanne XXI. Papa, & interregno post Imperatorem Fridericum II. De hoc plura Tomo II.

Sequitur *Chronicon Mathiae de Nuwenburg,*

wenburg, a folio CCXXXIII ad CCLXVIII. ubi desinit Codex noster.

Monendum est, post narratum obitum Conradini. Friderici II. nepotis sub annum 1268. in nostro Codice occurrere fragmentum de Ludovici S. Galliae Regis in Africam expeditione & obitu. His clauditur Martini Chronicon, cui rubro colore haec subjuncta leguntur:

„Explicit Chronica collecta ex diver-„sis Chronicis scilicet Magistri Gotefri-„di Viterbiensis, Magistri Martini, ex „Speculis historialibus, & aliorum li-„brorum approbatorum.

Folio sequenti, nempe CCXXXIII. usque ad finem Codicis Chronica Mathiae de Nuwenburg, de qua dictum Tomo II.

De quibusdam hujus Codicis operibus jam prioribus Tomis diximus. Scriptura ubique eadem, nempe Seculi XIII. exeuntis. Chronicon vero Alberti, vel Mathiae de Nuwenburg, paullo recentiori manu scriptum, nempe medii Seculi XIV. Haec tota rerum variarum farrago a quodam Monacho in unum volumen compacta videtur.

122. Codex chartaceus, continens

1. *Quaestiones quasdam theologicas, sub nomine Christophori Peripatetici Leopolitae*, datas 25. Febr. 1561. & *loca Patrum de iisdem.*

2. *Epi-*

2. *Epistolas Nobilium Polonorum Stanislai M. Stadvicii de Zuigrod, & Francisci Stancari Mantuani ad Theologos Ecclesiae Reform. Helveticae, Joh. Calvinum, Bullingerum & alios, istorumque Responsiones.*

3. *Foedus inter Eman. Philibertum Ducem Sabaudiae & 6 Pagos Papisticos anno* 1560.

4. *Responsum Germaniae Principum in Conventu Neoburgi anno* 1561. *Pontificiis legatis datum.*

5. Mandat in Franckreich deß glaubens halber 1561.

6. Bericht auß was Ursachen, wir von Glariß so dem Evangelio anhängen, die gestellten Mittel, so die Schulboten unser getreuen Bundtgenossen auf nechst ergangenen Tag zu Bern gesezt und verordnet nit könnend annemmen.

7. *Quaestiones ministrorum Ecclesiarum Christi apud Rhaetos.* 1561.

8. *D. Hier. Zanchii responsum Papae legato exhibitum de controversia Luthera-*

theranorum & Zwinglianorum in Coena Dni. 158:.

9. *Ejusd. propositiones contra Joh. Marbach anno* 1561.

10. *Friderici Salici Epistola ad Henr. Bullingerum anno* 1561.

11. *Copia* der Articuln, so der Pabst den drey Punten fürgehalten. Cur 1561.

12. *Tigurinorum Consilium ad Synodum Curiae* 1561.

13. Newwe Zeitung von Pera bey Constantinopel auß einem Brief der Landschafft Venedig zugeschrieben 1561.

In margine legitur:

„Judaei ex Caspiis montibus.

14. *Doct. Zanchii defensio adversus Doct. Marpachium* 1561.

15. *Negotium Evangelii in Gallia.* 1561. *ex Epistola P. Martyris.*

16. *Ejusd. P. M. de eod. negotio Epistola.* 1561.

17. *Joh.*

17. *Joh. Sturmii axiomata de Coena Dni.* 1561.

18. *Epistola Petri Martyris ad eundem.* 1561.

19. Bekantnuß vom Abendmahl in Franckreich gestellt von beyden Partheyen.

20. *Sententia de Synodo celebranda Bernae* 1562. *ex Epistola Bullingeri ad Hallerum.*

21. *De Statu Evangelii in Gallia, ex Epistola Bernae* 1562.

22. Schreiben des Stands Zürich wegen der Citation deß Concilii von Trident, 1562. samt selbige Citation.

23. *Ministrorum Ecclesiae Tigurinae Judicium de disciplina Eccles.* 1562.

24. *De Statu Galliae anno* 1562. *ex litteris Bezae ad Eccles. Bernensem.*

25. *Crudelitas Guisiaca, anno* 1562.

26. *Epistola Joh. Sturmii ad Melch. Spercerum* 1562.

27. *Consensus inter Theologos & Professores*

fessores Ecclesiae & Scholae Argentinensis. 1563.

28. Newe Zeitung auß Frankreich deß Friedens halb. 1563.

29. *Epistola Ministrorum Ecclesiae Engleratensis ad Ministros Eccles. Bern.* 1564.

30. Ordnung und Gesang der Passions und Klaglieder 1528.

31. *Valentini Gentilis & Pauli Alciati negotium* 1566. de quo supra.

32. *Carmen ad Joh. Calvinum de natura individua Summi Entis, versibus hexametris; autore Valent. Gentili.*

33. *Epistola Doctorum Academiae Andreopolitanae ad Bezam.* 1566.

34. *Exemplum litterarum Castalioni scriptarum, & varia theologici argumenti.* It. *Exemplum litterarum ad Calvinum scriptarum à Berna an.* 1556.

35. *Litterae Lucernensium ad pagum Appenzell, de Concilio Tridentino frequentando.* 1561.

Codex

Num.	M.	Seculi
293. fol.	Codex membran. Foliorum LXXV.	XIII.

Liber. de Similitudinibus & Exemplis; anonymi.

Ordine alphabetico, per titulos digestus est. Opus, in quo nihil praeter trita & vulgaria reperias, saepe inepta, qualia iis Seculis innumera a Monachis fuere conflata. Exemplum unum afferemus:

Virginitas, Nota. „Virginitas comparatur vitro, quod si littera deletur, si vitrum supraponitur melius potest „legi. Similiter si delentur aliae virtutes in virgine tamen virginitas facit „virginem legibilem & commendabilem coram Deo. Vitrum etiam, „quando corrumpitur, non potest reintegrari; similiter nec virgo, postquam corrumpitur.

Aliud exemplum addimus, quod non ineptum videtur:

Miles. „Quidam miles equitans ad „torneamentum in campis, invenit „quendam nobilem militem vilibus indutum, qui laboratores suos visitabat. Ille autem invitavit ad prandium equitantem. Cui miles equitans: habesne rustice aliquid ad prandium?

„dium?

"dium? at ille: Descendatis domine;
"& fecit parare omnia necessaria ad
"prandendum. Refectus miles gratias
"agens recessit. Miles autem alius vo-
"cavit suam familiam & veniens ad tor-
"neamentum, cepit eum cum omni-
"bus suis, & duxit eum ad hospitium
"suum. Et dixit: novisti me? respon-
"dit captus: non. Et ait: Ego sum
"rusticus ille, qui te invitavit & dedit
"tibi prandium in campo. Quia ha-
"beo campos & excolo, & expensas
"habeo sine injuria alicujus. Captus
"autem miles erat de Terra Sabaudiae,
"ubi milites non se intromittunt de
"terris colendis, sed de pauperibus ex-
"coriandis. Tunc ait: de cetero simi-
"liter faciam. Dimisit eum libere gra-
"tis.

Huic statim subjungitur somnium Guilelmi II. Regis Angliae, quod paullo aliter narrat Matheus Westmonasteriensis; noster vero sic:

"Guilelmus Rex somniavit, quô vidit
"Christum jacentem super altare, &
"cucurrit ad eum, & devoravit manum
"ejus unam. Et cum alteram devorare
"vellet, dominus extendens, manum
"dedit

„dedit Regi in faciem, ita quod in pu-
„teum profundum eum corruere fecit.
„Et excitatus de lecto prosiliit. Et
„cum sollicite quaereret quid hoc prae-
„tenderet, tandem quidam vir bonus
„& sapiens dixit sibi. Unam inquit,
„manum Christi devorasti, scilicet Ec-
„clesias & Clericos, qui ei serviunt.
„Aliam autem manum devorare appe-
„tiisti, sc. laicos quoniam gravem tal-
„liam in toto regno imponis. Sed sic
„remitte, & cibum non sustinebis. Re-
„spondit Rex: Oportet me multa ex-
„pendere circa milites & praeliatores
„nobilium; Talliam non possum re-
„mittere. Cito autem ictus est in ne-
„more sagitta & in puteum inferni lap-
„sus est.

Patet, Monachos, memoriae Principis, qui Clericis parum fovebat, infensos, talia commenta finxisse.

A. 31. fol. Codex membran. XV.

Missale, literis majusculis, & auro pictis exaratum. Scriptum an. 1493.

[illegible] | [illegible] | [illegible]

5?5. [illegible] | XV.

[illegible]

[illegible]

60?. Codex membran. | XI.

Ovidii [illegible] Tristium Libri, defi-cit in Elegia XI. libri V. ad ex-trem.

60?. 4to. Codex membran. | XII.

Ovidii de Remediis amoris carmen, cum glossa.

P.

558. 4to. Codex chartac.

Jacobi Palaeologi adversus Pii V. proscriptionem Elizabethae Reginae Angliae. paginae 492.

In capite operis legitur:

„Data

"Data licentia imprimendi a D. Do-
"ctore Coctio si nomen & cognomen
"integre exprimatur. Die 6. Junii re-
"ferente M. Bedello.

Praefatio ad Elizabetham Reginam pag. 12. continet.

Sequitur Bulla Pii V, quam autor oppugnat.

Opus ipsum pag. 492. continet.

De Jacobo Palaeologo vide Sandii Bibliothecam Anti Trinitariorum, ubi varia ejus opera recensentur, hoc vero omittitur. Autor propter haeresin Romae anno 1585. supplicium ignis passus teste Sandio & aliis.

Speciminis gratia ultima Praefationis verba hic subjicere lubet:

"Nunquam enim (jam tertio ex pro-
"posito repeto) verbum Dei purum
"putum, exitio, nunquam falsitas bo-
"no fuit alicui, eorum qui verbum
"Dei noscere desiderarunt, illud sem-
"per fovit omnes, haec letalis omni-
"bus extitit seculis, ob hoc, illud que-
"rebatur, ut pasceret animum, haec
"fugiebatur ab omnibus, ne corripe-
"ret mentes, & viciaret; verùm veri-
"tatis dulcedine delibata falsitas, &
"falsitatis vitio corrupta veritas sem-
"per exicialis fuit omnibus rebus, &

"privatis & publicis. De hac enim
"loquimur impostura, quae veritatis
"assumpta persona, publica spectat,
"postquam privata invaserit. Nam a
"privatis, cum ad privatos defertur,
"ad magistratus, & eos qui habent
"alios abs quibus suspiciantur, hoc fa-
"tale & perniciosum malum, solet
"permanare. Nos purum & integrum
"verbum Dei proponemus, ubi hoc
"factum non fuerit, deponatur è ma-
"nibus hoc scriptum, quod, ad Regi-
"nae Angliae decoris conservationem,
"pro illis, quos Lectio dirarum pon-
"tificiarum decipere posset, editur.
"Sic igitur Michael Ghislerius intra
"densissimas tenebras, sub Pii V. no-
"mine expacians, & sese maximo im-
"perio armans, ferro, & igni, sed eo
"igni, qui caliginem illam, in qua se
"continet ille, discutere non valet,
"cinctus, fovens & alens animum quis-
"quiliis, umbris & fumo, cecis ho-
"minibus cecucientibus & lusciosis,
"qui eum sequuntur ducem, eique quo
"tandem subeat, sive ad dexteram,
"sive ad sinistram ducere, media in-
"terdicta

"terdicta & obsepta, perpetua obli-
"vione, via, parent, audientibus, de-
"voturus, erectum in celum usque,
"in quod glorijs auctum suo tempore
"excipietur, Elisabethae Reginae ca-
"put, edicit.

398. 4to. Codex membran. olim Franc. Danielis. XI.

Persii Satirae sex.

335. 4to. Codex membran. XII.

In prima Codicis pagina haec adscripta sunt:
"Iste Liber est domus Portarum, qui
"abraserit anathema sit".

Titulus operis:

Petri Cluniacensis de miraculis Liber.

Hoc opusculum, cum reliquis Petri Abbatis Cluniacensis Scriptis editum exstat. Scatet fabellis anilibus, quae risum moveant.

451. 4to. Codex membran. X.

Ex Epistolis Pontificum Romanorum, de Episcoporum jure excerpta.

Folia tantum octo superant, reliqua desunt. Primae paginae inscriptio ita deleta est ut legi nequeat. Secundus titulus exhibet excerptum ex Epistola Anacleti. Tertium excerptum hunc praefert titulum:

"Ex Epistola ejusdem P. P. secundâ de "Episcopis Primatibus & Patriarchis "eorumque Ministerio.

Excerptum sextum sic inscribitur:

"Ex Epistola secunda Evaristi P. P. qui "fuit sextus post Petrum de accusato-"ribus Episcoporum sive Sacerdotum.

Reliqua Codicis pars exhibet Q. Curtium de Gestis Alexandri Magni, de quo dictum Catalogi Tomo I. pag. 359.

7ee. minori forma. Codex membran. olim Petri Danielis. X. & XI.

Varia continet opuscula atque fragmenta iste Codex, formae minusculae. Undique collata membra, tum ex profanis tum sacris Scriptoribus.

Praecipua nobis notata, haec sunt:

Porphyrii in Categorias Aristotelis fragmentum, latine.

Ciceronis Paradoxorum fragmentum.

Carmina varia hexametra; per homoio-teleuta, quos rithmos vocamus, singulis versibus in hemistichio, & in fine desinentibus, pro more Seculi XI. quos versus *Leoninos* appellatos, an a Leone II. Pontifice, qui circa annum 684. regnabat, vel potius a LEONIO quodam, Canonico S. Victoris Parisiensis, qui circa annum 1154. Historiam V. & N. Testamenti Versibus

bus hexametris inclusit, incertum est. Sed antiquius esse hoc Carminum genus haud dubitamus. Ad tempora Caroli M. Imperatoris id revocat Fauchetus, Libro de origine Poëseos gallicae. Primum inter Carmina, quae noster Codex exhibet, sequentem habet titulum:

"Passio Sancti Mauritii & Sociorum,
"verifice composita.

Versus circiter 800 continet hoc Carmen, quod sic incipit:

"Dum coibere parat Gallos quos conglomerarat
"Ne varie gentes varias haberent quoque mentes
"Mutua curando sibi federa Disque litando
"Consociare manus jubet agmina Maximianus.
"Cetera turba litat nec federa nec sacra vitat
"Hoc *Thebea* putat legio scelus atque refutat.

Versus quatuor sequentes legere nequeo; versus à decimo ad decimum quartum sic habent:

"Hi simul Octodurum fugiunt ubi tura Deorum
"Multa pars adolet jurans quod cedere nolet

"Mox ſpecie gratum quod circumeunt fugâ pratum
"Quos fuga laſſavit ſcelerum, profugos recreavit
"Contiguus Rodano locus cui nomen *Agauno.*

Secundum ordine Carmen hoc inſcriptum eſt titulo:

"Sermo de vitiis & virtutibus, ſolitu-
"dinem eſſe petendam.

Tertium: "Contemptus praeſentis vitae.

Quartum: "Diſſuaſio cupiditatis.

Autorem ignoramus, aliis forſan conſtabit.

Sequitur:

Ambroſii liber de fuga & contemptu Seculi.

Sequitur libellus argumenti muſici, hoc titulo:

Regulae Tonorum.

Scriptura horum opuſculorum antiquior eſſe videtur & pertinere ad Seculum X.

Libellus medicus, de complexione humani corporis, (ſic fert titulus)

Sic incipit: "Corpus hominis quatuor
„conſtat humoribus.

Multa

Num.	P.	Seculi

Multa habet de delectu ciborum, implet folia 15. Seculi X.

B. Gregorii Sermo de B. Maria. ejusdem aevi.

Beda de Tabernaculo. Scriptura Seculi IX.

De Amphitrione Carmen elegiacum.

Idem est, de quo Tomo I. Catalogi pag. 275. Scriptura est Seculi X. Comediae nomen huic Carmini imposuit Poëta.

Huic statim subjungitur Libellus quidam de Philosophis, Scriptura eadem, & continuato ordine Codex pergit, ut ejusdem autoris utrumque opusculum esse credas. In capite legitur:

Explicit Comedia. De Philosophis.

His verbis incipit: "Philosophia est re-"rum humanarum divinarumque co-"gnitio.

150. fol. Codex chartac. A manu esse videtur Jacobi Borgarsii, post locos communes, de quibus infra, continet opusculum graecum, paginarum 19. cui titulus: XVII.

ΥΠΟΘΗΚΑΙ ΑΣ ΕΙΣ ΥΠΟΜΝΗΣΙΝ ἑαυτῶν γεγράφασι σπουδαῖοι, καὶ ὠνόμασαν ἐγχειρίδιον.

In Capita vel Sectiones 62. divisum est hoc opusculum, cujus priores lineae verbotenus ex Epicteti Enchiridio descriptae sunt. Quae sequuntur, Christianum autorem produnt. Opusculo finem imponit brevis Epilogus, cui titulus:

ἐξήγησις ἐις τὸ ἐγχειρίδιον.

Sequitur aliud fragmentum graecum, trium paginarum a manu diversa, sed etiam Seculi XVII. cui titulus:

Ἐκ τῆς Πρόκλου του Πλατονικου φιλοσόφου Θεολογίας ςοιχειώσεως.

Capita 4. nempe ab 11. ad 14.

Prima linea sic habet:

„πάντα τὰ ὄντα πρόεισιν ἀπὸ μιᾶς αἰτίας „τῆς πρώτης.

De Procli Lycii, Philosophi Platonici vita & scriptis vide Fabritii Bibl. graecae Tom. VIII. pag. 455. seq.

ςοιχείωσις Θεολογικη, sive *Elementa theologica* Procli; Typis prodiit variis vicibus, ex qua hoc fragmentum desumptum videtur.

Monet Fabritius, inter Procli Scripta inedita superesse ejusdem *Canones manuales*. Quod nobis conjecturae ansam dedit, Enchiridion illud supra memoratum esse Procli. Sed, ut jam monuimus, Christiani est. In calce schedae, cui haec duo opuscula inscripta sunt, haec leguntur a manu Bongarsii.

„Fragmens de Proclus & de Vulca-„nius.

Quis ille Vulcanius? An Bonaventura Vulcanius, Vir graecis & latinis litteris summe eruditus, qui Lugduni Batavorum graeca Studia publice professus est, & multa edidit, & hujusce Enchiridii autor esse potest, coaevus Bongarsio, vita functus anno 1614.

Codex

Num.	P.	Seculi
475.	4to. Codex membran.	XI.

Prosperi Aquitanici Epigrammata super sententias D. Augustini.

Deest titulus, praemittuntur Versus quidam, quos in Editione Fabritiana Poëtarum christianorum non reperi; neque in Bibliotheca Patrum, Ed. Lugd. Tom. VIII. ubi Prosperi Carmina exstant. Decem sunt versus, quorum duo primi sic:

„Haec Augustini ex sacris Epigrammata dictis
„Dulcisono Rhetor exponens carmina Prosper.

205.	fol. Codex chartac.	XV.

Le Purgatoire de Saint Patrice.

Inter quamplurima opuscula partim historica, partim poëtica, latino & gallico sermone exarata, de quibus singulis locis diximus, continet iste Codex Legendam gallico sermone exaratam, cujus titulus suprascriptus est. De hoc S. Patritio, primo Hibernorum Apostolo, qui circa medium Seculi V. in illis Regionibus Christianorum dogmata praedicasse refertur, egimus in opusculo gallico, Bernae edito anno 1770. hoc titulo:

„Essay sur la Religion des Bramins de „l'Indostan, & le Dogme de la Me„tempsychose, avec l'histoire du Pur„gatoire de Saint Patrice."

Ad hoc opus remittimus lectorem; hoc tantum monere fat erit, illam Legendam variis monumentis confirmam reperiri inter Acta Sanctorum D XVII. Martii.

Purgatorii doctrinam, cui ista Legenda innititur, cum mysteriis Eleusiniis, & orphicis summam habere affinitatem, docti omnes norunt. Locus vero ex Strabonis Geogr. Lib. 4. circa hoc argumentum ideo memorabilis est, quia in eadem Hiberniae regione, ubi postea illa Patricii Caverna, & mysteria extitere, Strabo mysteria Eleusiniis similia celebrari olim solita testatur. Quae res magnam suspicionem praebet Legendam illam a tenebris Paganorum ad Christianos translatam fuisse. Jam olim haec fabula gallice typis prodiit, teste Lenglet du Fresnoy, in Bibliotèque des Romans, hoc titulo:

„Voiage du Puits Saint Patrix, auquel „on voit les peines du Purgatoire, & „les Joyes du Paradis, 4°. Lyon 1506.

Haec verba addit Lenglet:

„Livre très rare, qui tient lieu de Ro„man de chevalerie à tous les Irlan„dois Catholiques.

R.

A. 34. fol. *Francisci Riveti Expositio christiana Catechismi, aut formula instituendi pueros,*

pueros, ut moris est in Ecclesia Bernensi, & per totam ejus ditionem.

Autor, qui opus istud Consulibus & Senatoribus Bernensis Reipublicae dedicat, se id ad explanandum Catechismum Bernensis Ecclesiae, ante 60 annos conditum, destinasse ait in Praefatione. Neapoli ad lacum Biennensem scripta est dedicatio.

S.

174. Codex chartaceus.

Gasparis Sardi Ferrariensis Toponomasiae Libri XVIII. In quibus Urbium insignium origines describuntur.

De hoc opere apud Bibliographos nullam mentionem reperi.

248. 4to. Codex chartac. XV.

Cronique & Genealogie des Comtes de Savoye.

Hoc Chronicon a prima Principum Sabaudiae origine. Beraldo nempe, quem ex Saxonica Stirpe ortum tradit autor, deducit narrationem, usque ad Amedeum VII. primum Sabaudiae *Ducem* nuncupatum.

Idem esse videtur opus quod citatur Catalogo MSS. Bibl. Taurinensis Tom. II. inter Codices gallicos No. 108. Folia implet 314. Index operis praemissus. Definit in obitu Amedei VI.

Typis

Num. S. Seculi

Typis hoc opus prodiisse dicitur loco citato Catalogi Taurinensis, nempe Parisiis, anno 1515. hoc titulo:

„Les grans Croniques des gestes &
„vertueux failts des Tres excellens ca-
„tholiques illustres & victorieux Ducs
„& Princes de Savoye & Piemont.

9. fol. Codex membran. XIV.

Senecae Tragoediae aliquot, non tamen omnes, nec integrae; cum Scholiis amplissimis, desunt Codicis folia priora, nempe a 1. ad 49.

Prima, quae hic occurrit, nempe *Oedipus*, ordine vulgari editorum quinta, ab initio, nempe primo Dramatis versu, sic habet:

„Jam nocte pulsa dubius effulsit dies.

Cui lectioni Schroederus, harum Tragoediarum Editor, Frid. Gronovium, & Codicem quendam Florentinum secutus, alteram praetulit, nempe:

„Jam nocte Titan dubius expulsa redit.

Hanc vero lectionem, pace Virorum doctorum dictum sit, minime nostrae praeferendam censemus. Nobis enim illa, nostri Codicis nempe, elegantior, & praeceptis Horatianis convenientior videtur.

„Nec sic incipiat, ut Scriptor cyclicus
olim - - - -

„Non

„Non ex fulgore fumum, ſed ex fu-
mo dare lucem.

Nec tamen nos fugit, Senecae aliquantum hoc vitium adhaerere, ut turgeat nimis. Sed interim, ubi duae occurrunt lectiones, eam praeferendam ducimus, quae vitio minime laboret, & Poëtâ dignior ſit.

Scholiorum auctor, quisquis ille ſit, noſtram lectionem ſequitur. Poſt primum illum Oedipi monologum Scholiaſtes noſter ſic incipit:

„Quinta Tragoedia ſecundum ordinem
„libri quem habui, dicitur Edippus,
„cui pro argumento praemitti poteſt,
„quod cum Layus Rex Thebarum ex
„uxore Jocaſta haberet filium de quo
„horaculo Phebi inſtructus erat &c.

Scholia haec autorem Chriſtianum referunt, nec adeo vetuſtum, ſi per ſtilum judicare liceat.

Speciminis gratiâ afferemus venuſtiſſimum illum chorum Actûs V. quem ex diſciplina Stoicorum deſumptum a Seneca patet; ſic habet in noſtro Codice:

„Fatis agimur *credite* fatis
„Non ſollicitę poſſunt curę
„Mutare *rati* ſtamina fuſi
„Quidquid patimur mortale genus
„Quidquid facimus venit ex alto

„Serva-

„Servatique fuę decreta colūs
„Lachesis dura revoluta manu
„Omnia *fecto* tramite vadunt
„Primusque dies dedit extremum
„Non ista Deo vertisse licet
„Quę nexa suis currunt causis
„It cuique ratus prece non ulla
„Mobilis ordo multis ipsum
„Timuisse nocet multi ad fatum
„Venere suum dum fata timent.

Scholiastis verba ad hunc chorum haec sunt:

„In carmine decimo quod scribitur „metro Pindarico immobilitatem fata„lis dispositionis describit, quod enim „de Edippo fata sic disposita erant ut „ex Oraculo Phoebi patuit quod de„buit occidere patrem & matrem, „quamvis parentes ejus etiam ille E„dippus voluerint ista vitare tamen „non evitarunt &c.

Paullo post:

„*Credite fatis*, id est, deorum respon„sis de dispositione humanae vitae.

In margine, a manu, quae eandem aetatem praefert, haec adscripta leguntur:

„Augustinus lib. V. Cap. VIII. de Ci„vitate

„vitate Dei sic dicit: Quapropter &
„voluntates nostrę valent quantum
„Deus eas valere voluit atque prae-
„scivit. &c.

Observandum, editos priorem versum sic legere:

„Fatis agimur, cedite fatis".

ubi noster *credite* habet. Quae lectio iterum defendi posset, sic nempe distinguendo;

„Fatis agimur, credite, fatis.

Si enim legas *cedite fatis*, erit pleonasmus, nam si fatis agimur, non opus erat imperative addere, *cedite fatis.*

Haec criticorum arbitrio permitto.

Deest ultima Oedipi Scena. Sequitur unicum folium Herculis furentis, cujus reliqua deperdita.

Sequitur *Troas*, integra. Dein *Medea*, cui tria folia è medio dramate desunt. Ultima est *Agamemnon*, cui deest pars ultima, nempe a versu 952. usque ad finem.

363. 4to. Codex membran. VIII. vel IX

Servii, vel, uti fert titulus, *Sergii Grammatici Expositio in libros Bucolicon, Georgicon, atque Aeneidos.*

Definit in initio libri VII. Aeneidos, cetera desunt.

Scriptura barbara, quam Mabillonius, artis diplomaticae libro V. Saxonicam vocat. Aetas Codicis nobis olim Tomo I. pag. 632. in fine, parum accurate adscripta fuit Seculo XIV. quae potius inter VIII. & IX. incidere videtur.

Servium sequuntur haec:

Fortunatiani Artis Rhetoricae Libri tres.

Titulus Libri I. sic legitur:

„*C. Consulis Mirii Fortunatiani incipit Ars Rhetorica.*

Secundo & tertio libro aliter scribitur, nempe:

„*Clodiani Mirii Fortunatiani, artis Rhetoricae*, incipit libro II.

Sequuntur, continuata scripturae serie:

Aurelii Augustini de Dialectica & de Rhetorica Libelli.

Haec omnia jam edita sunt, de quibus vide Fabritii Biblioth. Latinam.

Eodem hoc Codice exstant:

Horatii Odae & Sermones, non tamen omnia.

Item:

Fragmenta Ovidii, & quaedam *Bedae* ex historia Ecclesiastica Anglorum.

Codex

Num. | S. | Seculi

113. fol. Codex membran. XII.

Continet inter alia multa:

Prophetiam Sibillae de Christo.

Septem paginas cum dimidia implet. Haec Pseudoprophetia Sibyllae, quam Bedae tribuunt aliqui, edita fuit a Servatio Gallaeo in Capite Oraculorum Sibyllianorum, Amstelod. 1689.

Vide de eadem Alb. Fabritii Bibl. graecae Lib. I. Cap. 33.

329. 4to. Codex chartaceus.

Joannis Sturmii de Bello Turcico administrando Liber; ad Rodolphum Imperatorem Augustum; deest nota anni.

Ineditum credimus, politici argumenti est, stilus concinnus & nitidus; Consilium operis autem exponit in Praefatione, his verbis:

„Propositum autem — mihi fuit, rationem aliquam invenire perpetui „exercitus & perpetuae militiae, quae „stipendiis & praemiis militaribus nunquam destituatur, & quo res amissae recuperari possent, ad profligandum eum hostem qui ut Annibal „Poenus juravit, nunquam se fore populo Romano amicum.

Num. | F. | Saecul.

Mirum videtur, hominem theologicis & scholasticis Studiis per totam fere vitam addictum, talia argumenta aggressum, nisi notum foret, eum a Carolo V. Imperatore, deinde a Maximiliano II. multis honoribus cumulatum fuisse. Rodolpho II Imperatori, qui regnare coepit anno 1576. hoc opus dedicat.

V.

196. fol. Codex membran. XIII.

Post Eutropium, de quo diximus Catalogi Tomo I. pag. ultimâ, continet iste Codex:

Vincentii Bellovacensis Speculi historialis Librum XVII. his verbis incipit:

„Anno itaque Gratiani primo ab in„carnatione Dni. 381. — Theodosius.

Progreditur usque ad ejusd. libri Cap. 39. omissis Capitibus 40. 41. 42. Sequitur Caput 43. sive Excerpta ex Operibus Joh. Chrysostomi, deinde sequuntur Flores ex Operibus Anselmi, Hildeberti, *Hugonis de S. Victore Parisiensis.* Haec non ad verbum cum editis Vincentii Bellovacensis consentiunt; deinde Flores ex *Hugone de Folieto*, qui in editionibus Vincentii Bellovacensis reperiuntur Libri XXVII. Cap. 18 seq. Opera duorum *Hugonum*, saepe invicem permixta, & modo huic modo illi attributa, notavit post Oudinum Fabritius Bibl. medii aevi.

Exstant etiam hic Flores S. Bernardi, Helinandi, Richardi Canonici Parisiensis; ex Vincentio Bellovacensi haec partim collecta fuisse patet. Folia habet 91.

Codex

Num. *V.* *Seculi*

210. fol. Codex membran. *XIV.*

Petri de Vineis & Friderici II. Imper. Epistolarum Fragmentum. Habet folia 20.

Numeravimus Epistolas 74. Quamplurima folia desunt, & multae Epistolae mutilae.

Primae hic occurrunt duae Friderici Imperatoris, quae in editione Basiliensi anni 1742. exstant Lib. I. Cap. XVI. & XVII.

Tertia est Friderici ad Cardinales, quae exstat edit. Basil. Lib. I. Cap. XXI.

237. fol.. Codex chartac. olim Bongarsii. *XV.*

eaedem Epistolae. Hunc Codicem olim contulit cum editis Rud. ISELIUS, dum adornaret Petri de Vineis Epistolarum editionem.

Notum est, multa hic inesse, ad historiam Friderici II. illustrandam utilia. Celeb. Moshemius olim novam hujus autoris parabat editionem.





CODICUM MSS.

BIBLIOTHECÆ BERNENSIS

INDEX

ALPHABETICUS.

A.

INDEX.

A.

Alberti

INDEX.

A.

INDEX.

A.

Ambrosii

INDEX.

A.

INDEX.

A.

Anony-

INDEX

A.

Anonymorum Scripta.

Anony-

INDEX.

A.

Anonymorum Scripta.

Anony-

I N D E X.

A.

Anonymorum Scripta.

INDEX.

A.

Anony-

INDEX

A.

Anonymorum Scripta.

INDEX.

A.

Anonymorum Scripta.

Anony-

INDEX.

A.

Anonymorum Scripta.

INDEX

A.

Anonymorum Scripta.

Anony-

INDEX.

A.

Anonymorum Scripta.

Anony-

I N D E X.

A.

Anony-

INDEX.

A.

Anonymorum Scripta.

I N D E X.

A.

Apocrypha

INDEX

A.

INDEX

A.

Arnoldi

INDEX

A.

INDEX.

A.

Augustini

INDEX.

A.

Augustini

INDEX.

A.

B.

Bedae

INDEX.

B.

I N D E X.

B.

Biblia

INDEX.

B.

INDEX

B.

INDEX.

B.

INDEX.

B.

Boëtii

INDEX.

B.

Bona.

INDEX

B.

Bongarsii

INDEX.

B.

B.

C.

Calen-

INDEX.

C.

INDEX

C.

Cassio-

INDEX.

C.

INDEX.

C.

Ciceronis

INDEX.

C.

de Bla-

C.

INDEX.

C.

INDEX.

D.

Donatus.

INDEX.

D.

E.

INDEX

E.

INDEX.

E.

F.

Fabritii

F.

Frontini

I N D E X.

F.

G.

V v Gau-

INDEX.

G.

Gerbneri

INDEX.

G.

INDEX.

G.

Godefridi

INDEX.

G.

INDEX.

G.

Grammatici latini.

Gramma-

INDEX

G.

Grammatici latini.

G.

Gramma-

I N D E X.

G.

INDEX

G.

Gregorii

INDEX.

G.

INDEX.

G.

H.

Haythonis

INDEX

H.

H.

Hieronimi

I N D E X.

H.

Hieroſo-

H.

Hieroso-

INDEX.

H.

H.

in *Hipp*

INDEX

H.

H.

Hugonis

H.

J.

INDEX.

J.

Isidori

INDEX.

J.

INDEX.

J.

Juris

INDEX.

J.

INDEX.

J.

K.

L.

& ſub

INDEX.

L.

INDEX

L.

M.

Macri,

I N D E X.

M.

Marbo-

INDEX.

M.

I N D E X

M.

Mengor

INDEX.

M.

 tien

I N D E X

M.

Miscella-

M.

I N D E X.

M.

N.

O.

INDEX.

O.

Orosii,

INDEX

O.

in *Ovi-*

O.

P.

INDEX.

P.

Petri

P.

I N D E X

P.

Plutarchi

P.

INDEX

P.

Propertii

P.

Quincti-

INDEX.

Q.

R.

Raimun-

INDEX.

R.

INDEX.

R.

Romans,

I N D E X.

R.

R.

R.

I N D E X.

R.

S.



INDEX.

S.

Sanctorum

I N D E X.

S.

Sanctorum vitae:

Sanctorum

S.

Sanctorum vitae :

I N D E X.

S.

Sanctorum vitae:

Sanctorum

INDEX.

S.

 gallica

S.

INDEX.

S.

T.

Tactici

INDEX.

T.

Theophil

T.

V.

Valerii

INDEX.

V.

INDEX

V.

Virgilii

INDEX.

V.

W.

X.

